



~~Ames~~  
~~AAA 2~~  
1301

Tota Chronica E. T. C. B.

Regula ad Hieronymo edita

~~Imperiali~~  
~~AAAAB~~

Jan  
1301

**COMPRA**

7.0.132005.

¶ Incipiunt Capitula regule  
a beato Hieronymo edite pul-  
cherrime.



Capitulum primum	
De obedientia.	ii.
De tribus generibus monachorum egypti.	iii.
De castitate.	iii.
De paupertate.	v.
De utilitate paupertatis.	vi.
De correctione et doctrina presidentis.	vii.
De solitudine.	viii.
De laudibus et utilitate herem.	ix.
De periculo vite solitaria.	x.
De periculo habitandi in urbibus.	x.
De laude abstinentie et precipue a carnibus.	x.
De abstinentia tam philosophorum quam sacerdotum et aliorum sanctorum.	xii.
De temperatis ieiuniis.	xiiij.
De contempnatione oratione et lectione.	xvij.
De viciliarum sanctitate.	xv.
De rebus.	xvi.
De laboribus manuum.	xvii.
De laude religionis et inductione ad eam.	xviii.
De adulatio et detractione ritandis et periculis huius rite.	xxi.
De iuramento et vindicta. Mendacio et stultiloquio vitam dis.	xx.
De patientia et Reconciliatione : ac mortuis non lugen- dis.	xxi.
De tribulationibus ac obprobriis preferendis.	xlii.
De timore ultimi iudicii et similiter de defectu huius vite.	xliii.
De virtute humilitatis et simplicitatis de tumenti animo eius.	

De humilitate domini nostri Iesu christi: quem sequi et imita-	
ti debemus.	xxv.
De iusticia seu vite rectitudine.	xxvi.
De fide spe et timore.	xxvii.
De charitate et pace.	xxviii.
De infirmis et pauperibus receptandis.	xxix.
De penitentia hominis et misericordia dei.	xxx.

Gne  
1301

Incipiunt Aureola feliciter ex sua uissimis salutis  
risq; floribus gloriosi confessoris atq; doctoris Hie  
ronymi ad fabre contexta.

Ratres charissimi. Non queo quem mente con/  
cepit ore pferre sermonem. t cordis leticiam lin/  
gua non explica. Nec autem non solum ego pa/  
tior qui cupio narrare que sentio: sed etiaz t vos  
mecum patimini plus exultantes in conscientia q̄b in eloquio  
pferentis. Cum igitur nihil est christiano felicius cui pmittū/  
tur regna celorum. nihil laboriosius qui de vita quotidie peri/  
citur. nihil eo fortius qui vincit diabolum. nihil imbecillus  
qui a carne superatur. Utriusq; rei exempla sunt plurima. La/  
tro credit in cruce t statim meretur audire: Amen dico tibi: ho/  
die mecum eris in paradiſo. Judas de apostolatus fastigio in  
xpditione tartarum labitur. t nec familiaritate communi: nec  
intinctione buccelle: nec osculi gratia frangitur: ne quasi homi  
nem tradat: quem filium dei nouerat. Nos quidem parua di/  
uisimus: grandia possidemus. centuplicato fenore christi pro/  
missa redunduntur. Nec dicimus nō tam tibi q̄b aliis sub tuo no/  
mine vt prima te fili fronte doceamus magna cepisse. excelsa se  
ctari: t adolescentie immo pubertatis intestina calcantem per/  
fecteq; etatis gradum ascendere. Scis enim dogma nostrum:  
humilitatis tenere fastigium. t per ima gradiendo ad summa  
nos ascendere. Ideo sanctus mihi inuocandus est spiritus: ve  
beo suo sensu ore meo defendat. Non quidem campum rhetori/  
ci desideramus eloqui: Non dialeticorum tendicula: nec aristo/  
tilis spineta conquerimus: sed ad sanctarum scripturarum gra/  
uitatem confugimus. tbi vulnerum vera medicina est. vbi do/  
lois certa remedia. Verum quia memo: ia labitur omniū que  
dicerimus desideras commentariolum fieri: ut obliuionem l/  
ctio consoletur. Ideo pauca que tibi reor: fore necessaria credidi  
subnectenda. illo enim nostra tendit oratio: vt quoq; vnus est

labor viii et premiu[m] sit. Nauigantes namque rubrum mare in quo  
optandum nobis est ut verus pharao cum suo mergatur exer-  
cit[u]s. Multis difficultatibus atque periculis ad urbem marinam per-  
veniunt utrumque littore gentes rage. immo belue habitant fero-  
cissime semper solliciti semper armati totius anni rehunc ciba-  
ria latentibus sarcis radicibus durissimis plena sunt omnia. Quo[rum]  
sum ita perspicuum est. Nam si seu negotiatores tanta sustinent  
ut ad incertas perituras perueniant diuitias et seruent cum animo  
discrimine que multis periculis quesiere. Quid christi ne-  
gotiatori faciendum est? qui renditis omnibus querit preciosissi-  
mam margaritam. Qui totius substantie sue opibus emit agrum  
in quo reperiatur thesaurum quem nec fur effodere: nec latro pos-  
sit auferre. Nosse igitur oportet quid iussum sit: quid ve[n]ib[us] p[ro]hibi-  
tum: et scientes utrumque seruemus. Alioquin ante scientiam manu-  
dati impossibile est nosse quid fiat. Et ego hec non integris ra-  
te vel mercibus quasi ignarus fluctuum doctus nauta premo-  
ne. Sed quasi nuper e naufragio electus in littus timida nau-  
igaturis roce denuntio. Continue tamen mei sensus affectu  
robis vaco. Sed obsecro vos ut conatus meus orationibus ad  
iuvetis: ut dominus et salvator pro causa sua respodeat. Vestrū  
itaque est: ut voluntatem sequatur effectus. Meum est ut relim  
obsecrationum vestiarum est: ut relim et possum. Nam velle et  
currere meum est sed ipsum meum summi dei semper aurilio  
non erit meum. Deus semper largitur: semperque datur: est: nec  
mihi sufficit quod semel dederit nisi semper dederit. Si enim duxi  
iudicis sententiam crebra mulieris flexit petitio: quantum agit  
paterna viscera interpellatione sedula molliuntur. Scito te tamen  
ante omnia verbis nil esse antiquius quam christi iura seruat-  
re: nec patrum transferre terminos semperque meminisse romai-  
nam sedem apostolico ore laudatam.

**C**apitulum primum de obedientia:  
Ecce ergo fili doctrinam ea implicitate et virtuti qua-  
dicimus: quia non querimus homini gloriam (deus

4

testis est) nec ad hoc loquimur ut humanas amicitias auctuper-  
mus: nec nostre adulatio[n]is sermone et nos et alios decipiamus  
nec ut nos apud homines aliquid rideamur: sed ut apud deum  
homines magna mereantur. Hoc est itaq[ue] totum quod appre-  
bensa manu insinuare tibi cupio. Et ut simpliciter motum me-  
tis mee fateor nunc monachis in cunabula moresq[ue] discutimus.  
Si vis igitur ad vitam ingredi serua precepta: hoc est ab omni  
illicito quo prohibitus es recedas: et ad omne bonum quod iu-  
beris promptus accedas. Respice sanctum virum pamachium.  
et ferventissime fidei. paulinum presbyterum qui non solu[m]  
dicitias: sed seipso dominu[m] obtulerunt. qui contra diaboli tergi-  
uersationes nequaquam pelle[m] p[ro]p[ter]e pelle: sed carnes et ossa et animas  
suis suo domino consecrarunt. qui te exemplo et eloquio: id est  
et opere et lingua possint ad maiora perducere. nobilis es et illi.  
sed in christo nobiliores. Dives es et honoratus et illi ex diuiti-  
bus pauperes et inglorii. et in circo ditiones et magis incliti quia  
pro christo pauperes et inhonorati. Contemnis aurum contem-  
serunt et multi philosophi. Non enim satis est perfecto et consu-  
mato viro opes continere pecuniiam dissipare et proiicere quod  
in momento et perdi et injuueniri potest. fecit hoc antistenes fe-  
cerunt plurimi: quos viciosissimos legimus. plus enim de-  
bet christi discipulus prestare q[uo]d mundi philosophus glorie  
animal et popularis aure atq[ue] rumorum renale inancipium.  
Libi non sufficit opes contemnere nisi et christum sequaris.  
Le ipsum vult dominus hostiam viuam placentem deo et in q[ue]d  
non tua. Et ideo variis temptationibus commonet: quia mul-  
tis plagiis et doloribus eruditur israel: et quem diligit dominus  
corripit. flagellat autem omnem filium quem recipit q[uo]d si teip-  
sum domino dederis si apostolica virtute perfectus sequi cepi-  
ris saluator[em]. tuc intelliges ubi fueris. et in exercitu christi q[uo]d et  
tremu[m] tenueris locu[m]. vñ et p[ro]positu[m] monasterii timeas et dñm di-  
ligas et parentem. Credas tibi salutare quicq[ue] ille precepit:  
nec de maioris sententia iudices cuius officii est obedire et im-

plerere que iussa sunt dicente Moysē. Audi israel et tace nec ipse  
te doceas. nulla ars absq; magistro discitur. Et iam muta ani-  
malia et ferarum greges: doctores sequuntur suos. in apib; priu-  
cipes sunt. Brues vnam sequuntur ordine litterario imperator  
vnus. iudex vnus priuincie. Roma ut condita est duos fratres  
simil habere reges non potuit. et fratricidio dedicatur. In Re-  
becca vtero Esau et Jacob bella gesserunt. Singularum ecclesia-  
rum singuli episcopi. singuli archiepiscopi. singuli archidiaco-  
ni. et omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In nau-  
i vnius gubernatori. in domo vnius dominus. in quo quis grandi  
exercitu vnius signum expectatur. Et ne plura replicando fa-  
stidium legenti faciam: per hec omnia ad illud tendit oratio ut  
doceam te non tuo arbitrio dimittendum: sed vivere debere in  
monasterio sub vnius disciplina patris consortioq; multo: um  
ut ab alio discas humilitatem: ab alio patientiam. hic te silentiu-  
m. ille te doceat mansuetudinem: non facias quod vis: cōme-  
das quod iuberis: habeas quantum acceperis et operis tui pen-  
sam persolues. Subiūciaris cui non vis. lassus ad stratum veni-  
es. necdum expleto somno surgere compellaris. Tantis occupa-  
tis negotiis nullis vacabis cogitationibus. Et duz ab e'lio trā-  
sis ad aliud opusq; succedit operi. Illud solum mente retinebis  
quod agere compelleris: nam omni oblatione et hostia preciosi-  
or est obtemperantia mandatorum. dicente prophetā. Ecce obe-  
dientia melior est q̄ sacrificium et obauditio q̄ apes arietum.  
Et alibi. In iuriis bone vite facere iuxta que precepta sunt apud  
deum magis q̄ imolare hostias. Et alibi. Qui conseruat legē:  
multiplicat oblationem. Sacrificium salutare est attendere mā-  
datis et discere ab omni iniquitate. nec nobis blandiri debem⁹  
in factis iussorum: si in p̄bilstoꝝ transgressione peccemus cuꝝ  
transgressionis crimen benefacti meritum tollat. Qd non mei  
sensus assertio: sed vtriusq; testamenti exempla pbant: vbi in-  
venimus etiam dei amicos ob vnius contemptus errorem bo-  
norum retrofactoꝝ muuiscentia perdidisse. sic Adam cū diabo

lo facile credidit seducenti post familiaritatem et colloquiū deī  
vnū poni cupiditate superatus perdidit paradisum. Et quia  
per transgressionem vnū habere presumpsit: multa simul bona  
amisit. Sic vro: Lotb post angeloy obsequia contra interdic-  
tum retro aspiciens in figurē salis repente commutata est.  
Quis est hic presumptionis spiritus qui tantam in animo noi-  
stro operat audaciam: vt cum sanctos homines de leuibus etiā  
culpis videamus esse punitos. et nos quotidie in maioribus et  
pluribus delinquentes intactos in media damnatione fore cre-  
damus. q̄d̄ leue nunq̄ sit deū etiā in erigo contēnere q̄ non  
ēm ad qualitatem peccati respicit sed etiam ad persone contem-  
ptum. ppter quod homini non solū intendendū est quale sit:  
quod iubetur: sed quante sit ille qui iubet. Excluditur hoc lo-  
co vnlgaris illa sententia quā mīhi suo iudicio religiosi et q̄ sa-  
pientes sibi net videntur dicere solent. Sufficit nobis vt nō cri-  
minalia peccata et maiora faciant. facilis enim est cōmissio mi-  
norum delictorum qui dum animali sapientia occupant animos.  
spiritualē intelligentiam et consuetudinē diuine legis igno-  
rant: que sepe peccatum ostendit quod nobis non videtur esse  
peccatur. et que illuc impietatē facit vbi nos opus pietatis ostē-  
dimus. Saul et Josaphat reges fuerunt populi israel: et dum mi-  
serico:diām his quos deus oderat prestiterunt dei offendam in  
opere pietatis incurrerunt. Econtrario Phinees filiis Leui.  
gratiā dei humana cede et suoꝝ paricidio meruerunt.

Ca. ii. de tribus generibus monachorum egypti.

**I**llionā monachorum secūnus mentionem et te scio li-  
benter audire que sancta sunt autem paulisper accom-  
moda. Tria sunt in egypto genera monachorum. Ceno-  
bites quos illi anses gentili lingua vocant. nos in cōmuni viuē-  
tes possumus appellare onothorite qui soli habitant per deser-  
ta: et ab eo qđ pcul ab hominibus recesserunt nuncupant. Ter-

tiūm gennis monachorūm ēst quod dīcunt remiōt̄ dēterrīm̄  
atq̄ neglectum: r̄ quod in nostra p̄uincia aut solum aut p̄imū  
genus ēst. Hi bini vel trini nec multo plures simul habitāt̄ suo  
arbitrio r̄ ditione viuentes. Et de eo quod laborauerint in me-  
diūm partes conserunt. nec habeant alimenta communia. Ha-  
bitant autem q̄zpluriūm in vrbib⁹ r̄ castellis r̄ quasi ars fit  
sancta non vita quicquid vendiderint maioris est precii. Inter  
hos sepe sunt iurgia: quia suo viuentes cibo: non patiuntur se  
alicui esse subiectos. Reuera solent certare ieiuniis r̄ rem secre-  
ti victorie faciunt. apud hos affectata sunt omnia lare manice  
calige follicantes vestis grossior crebra suspiria visitatio vir-  
ginū: detractio clericor̄. r̄ si quando dies festus venerit saturā-  
tur ad romitum. His igitur quasi quibusdā pestibus extermini-  
natis veniam? ad eos q̄ plures sunt r̄ in cōmuni habitāt̄ id ēst  
quos rocarī cenobitas dirimus. Prima apud eos consideratio  
est obedire maioribus r̄ quicquid iussiūt facere. Divisi sunt  
per decurias atq̄ centurias ita vt nouē hominib⁹ p̄esit decim⁹.  
Et rursum. r̄ prepositos sub se centesimus habeat. Manet sepa-  
rati r̄ se iuncti cellulis vsq; ad horā nonā vt institutū est nemo  
pergit ad altū: exceptis his decanis q̄ os dirimus r̄. si cogi-  
tationibus q̄s fluctuet illius consoletur alloquiis. Post horam  
nonam in cōmūnē concurrītūt psalmi resonant. scripture reci-  
tan̄ ex more. r̄ cōpletis orationib⁹ cūctisq; residentibus medi⁹  
quē patrē vocant: tunc incipit disputare. Quo loquēt̄ tantum  
silentium fit vt nemo aliū respicere: nemo audeat execrare. dicē-  
tis: laus est in fletu audentiū. Lacite roluūt̄ per ora lachry-  
me. r̄ nec in singulis quidē erumpit dolor. Cum vero de regno  
christi r̄ de futura beatitudine r̄ gloria ceperit annūciare ven-  
tura videas cūctos moderato suspirio r̄ oculos ad celū leuātes  
intrāse dicere. Quis dabit mibi pēnas sicut colubē r̄ volabo r̄  
requiescam. Post hoc concilium soluitur r̄ vniāqueq; de curia  
pergit cum suo parente ad mēlam: qb⁹ p̄ singulas ebdomadas  
vicissim ministrant. Nullus in cibo strepitus est. nemo come-

dens loquitur: vivitur pane et leguminibus et oleribus que sale  
solo comeduntur: ut non tantum senes accipiunt quibus cum par-  
vulis sepe fit prandium ut alias etas fessa sustentur. Alioquin non  
frangatur incipiens. debinc consurgunt pariter et immo dicto  
ad presepio redeunt: ibi rurisque ad vesperum cum suis unusquisque  
manet et dicit. Vidistis illum: et illum quanta in ipso gratia sit:  
quantum silentium: et quam moderatus incessus. Si infirmum vi-  
derint consolantur si in dei amore feruentem cobortant ad stu-  
dium. Et quia nocte extra orationes publicas in sno cubili un-  
quisque vigilat circueunt cellulas singulorum et aure apposita qd  
faciant diligenter explorant. Quem tardioriem deprehenderet:  
non increpat: sed dissimulato quod norunt eum sepius visitant  
et prius incipientes prouocant magis orare quam cogant. Opus dei  
statutum est quod decano redditum ab eo fertur ad iconomum:  
qui et ipse per menses patri omnium cum magno reddit timo-  
re rationem a quo etiam cum cibi facti fuerint degustantur. Je-  
junium totius anni equale est: excepta quadragesimo in qua so-  
la conceditur districtius rivere. Penthecosten cene mutantur  
in piandia: quo et traditioni ecclesiastice satifaciant. et rem  
cibo non querent duplicato. Ad tertium genus venientia quos anatho-  
ritas vocat et quod de cenobiis eremites excepto pane et sale amplius  
ad deserta nil perferunt. Huius vite auctor Paulus illustrator Antonius:  
et ut ad superioria coescendam princeps Iohannes baptista  
fuit. Tale vero ritum Hieremias quoque prophetam describit di-  
cens. Bonum est rito cum portauerit iugum domini ab adoles-  
centia sua sedebit solitarius et tacebit: quoniam sustulit super-  
se iugum et dabit percutienti se maxillam saturabitur ab obprobriis:  
quia in sempiternum abiiciet dominus: horum laborem  
et conuersationem in carnem non carnis alio tempore si volueris  
explicabo. Nunc ad propositum redeam. Bonum est obedire  
maioriibus parcere parere perfectis et post regulas scriptura-  
rum rite tue tramitem ab aliis discere. nec preceptore riti pessimo  
scilicet presumptione tua.

Ortificate inquit apostolus membra vestra que sunt super terram. Unde ipse postea considerans ait. Vnde autem non iam ego: vivit vero in me christus. q morificauerit membra sua. et in imagine noctis perambulauerit non timebit dicere. Factus sum sicut vter in pruina. Unde idem apostolus castigabat corpus suum et in servitudinem redigebat ne alii loquaciter in preceptis ipse reprobus inueniretur. Co:porisq ex persona generis humani inflatus ardoribus loquebatur. Misericordia ego homo quis me deliberabit de corpore mortis huius: et item. Scio quoniam non habitabit in me: hoc est in carne mea. bonum vel le enim adiacet mihi. ut faciam autem bonum nequaquam. Nemo enim quod volo bonum: sed quod volo malum hoc facio. Et de novo qui in carne sunt deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne sed in spiritu. si tamen spiritus dei habitat in vobis. Unde post cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma sumenda sunt. et caudendum cum David. Humiliauit in ieiunio animam meam. Matrem autem ita vide ne per illam alias videre cogaris. Quarum vultus cordi non adbereant. et tactum viuat sub pectore vulnus. Ancillas que illi in obsequio sunt tibi scias esse in insidiis: quia quanto vilior carum conditio tanto facilior earum ruina est. Volo autem te propter has causas non habitare cum matre. Et precipue ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contristes. aut si acceperis oleum igni adiicias. et inter frequentiam puellarum per die videas quod nocte cogites. Adolescentiam tuaz nulla forde maledicunt ut ad altare christi quasi de thalamo virgo procedas et habeas de foris bonum testimonium. licet de ceteris virtutibus: ut sapientia. fortitudine. iusticia. humilitate. mansuetudine et libertate possint et alii iudicare. Pudicitiam sola nouit conscientia. et humani oculi huius rei iudices esse non possunt. Femine quoque que nomen tuum mouerint vultum tuum nesciane.

Nam Johannes baptista sanctam matrem habuit: pontificisq; filius erat: et tamen nec matris affectu: nec patris opibus vici/ cebatur: ut in domo parentum cum periculo viueret castitatis. viuebat in beremo: et oculis desiderantibus christum nihil alii/ ud dignabatur aspicere. vestis aspera. zona pellicea. cibus locu/ ste. et mel silvestre omnia virtuti et continetie preparata. Unde martyrem quendam tormenta non vicerant: sed superabat vo/ luptas. Tandem celitus inspiratus prescisam mordens linguā in osculantis se faciem expuit. et sic libidinis sensum succendēs doloris magnitudo pertulit. Nam quomodo qui ignem teti/ gerit: statim aduritur. Ita viri tactus et femine sentit naturam suam et diversitatem secuto intelligit. Item quomodo poterit li/ bidinem refrenare qui nec manum valet cohibere nec linguam sed et spiculum tuū nūc mulieris pedes terant. vide ne sub eodem tecto mansites nec in preterita castitate confidas. quia nec David sanctior. nec Sampson fortior. nec Salomone po/ res esse sapientior. Memento semper q; paradisi colonū de sua possessione mulier eiecerit. Egrotanti autem tibi sanctus qui/ liber frater assistat. Nam scio quosdam corpore conualuisse. et a/ nimo egrotare cepisse. periculose tibi ministrat cuius rultū fre/ quenter attendis. Si tamen vidua a te visitar̄ aut virgo nūc domum solus introreas. Solus cum sola sacerero et absq; arbitro vel teste non sedeas. Tantaq; confabulādi fiducia sit ut intrā/ te alio ne paureas: nec erubescas. Speculum enim mentis est sa/ cies: et taciri oculi cordis fatentur archana: tales quoq; habeto/ socios quorum contubernio non insameris: non veste sed mo/ bus ornentur. et pudicitiam habitu pollicentur. Corrumpe/ bonos mores confabulationes pessime. Caueto omnes suspicio/ nes. et quicquid probabiliter fingi potest ne fingatur ante de/ vi/ ta. Crebra munuscula et sudariola et fasciculos et vestes ori appli/ catas et oblatas et degustatos cibos blādasq; et dulces literulas/ sanctus amor non habet. Audi me mel meum lumen meum. me/ umq; desiderium christus est. Omnesq; delicias et lepores et ri/

su dignas yrbanitatem: et ceteras ineptias amatorum incomme  
datis erubescimus: et in seculi hominibus detestamur quantum a  
gis in clericis et monachis quorum et sacerdotum proposito: et p  
politum ornatur sacerdotio: Aec dico qd aut in te aut in sanctis  
viris ista formidem: Sed qd in omni proposito et in omni gra  
du et seru boni et mali reperiatur: Malorumq; condensatio: laus  
bonorum sit. Vide quid p'sint frena a vitiis nos retrahunt in  
troducunt ad virtutum choras et in christo monte pulcherrimo  
habitare nos faciunt. Quamdiu in patria tua es babeto cellu  
lam pro paradiſo: Uaria scripturarum poma decerpe his rtere  
deliciis: eorum fruere compleri. Si scandalizat te oculus: pes:  
maius tua proice ea: nulli parcas: ut soli parcas aie tue. Qui  
riderit inquit dominus mulierem ad concupiscendum ea: iam  
mechatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castum: se ha  
bere cor: Astra non sunt munda in conspectu domini: quanto  
magis homines quorum vita temptatio est. Ce ve nobis mis  
ris quotienscumq; concupiscimus totiens fornicamur. inebria  
tus est inquit gladius me? in celo: multo amplius in terra que  
spinias et tribulas generat. Tias electionis in cuius pectore chri  
stus resonat: macerat corpus suum et famem cernit: naturalem  
carnia ardorem sue repugnare sententie: vt quod non rult hoc  
agere compellat: et tu ne arbitraris absq; lapsu et vulnera posse  
transire: nisi omni diligentia seruaueris cor tuum. Marime cu  
plurimi etiam si continentes iracundi sunt ebriosi: procaces: su  
perbi. Ex continentia magis inflati percussores: maledici: cupi  
di: tumidi: multum sibi placentes ut iudices continenciam qua  
se preferunt incontinentie subministrasse materiam: sed illi: co  
tinens vere est: qui rniuersa membrorum officia a malis affe  
ctibus subtrahit: et cogitatum a tota nequitia compescit. Qua  
to plures tamen sunt que impugnant pudicitiam tanto victo  
rie maiora premia. Nam et ego cum essem iuuenis et solitudinis  
me deserta valerent incentiva vitionum: ardoremq; nature fer  
re non poteram: que cum crebis iejunia frangerem: mens ta:

possibile est in sensum hominis non irruere motum et medulla  
rum calorem: si le tamen laudatur ille predicator beat qui sta  
tim cum ceperit cogitare interficit cogitus et allidet eos ad  
petram: petra autem est christus. Nam fides pura moram non  
patitur. cum apparuerit scorpio illico conterendus est. Arden  
tes igitur diaboli sagitte ieiuniorum et vigiliarum frigore restrin  
gente sunt. Erras namque frater erras si putas nunc christia  
num persecutionem non pati tunc enim maxime obpugnari:  
cum te obpugnari nescis. Nemo enim est tanta firmitate sufful  
tus ut de stabilitate sua debeat esse securus: dicente apostolo:  
Qui stat videat ne cadat quoniam nullus hostili exercitu obli  
dente securus est. Nam aduersarius noster tanquam leo rugiens  
aliquid deuorare querens circuit. et tu pacem putas. Sedet in  
intendis cum diuitibus in oculis ut interficiat innocetem. Qd  
de libidine diximus referamus ad auaricia et omnia vicia que  
ritantur solitudine. et circa urbium frequentiam declinamus  
ne facere compellamus que nos non tam natura cogit facere quam  
voluntas.

#### ¶ Capitulum quartum de paupertate.

Vnde dam diues adolescens omnia que in lege precep  
ta sunt se implesse iactabat. Ad quez dominus in euau  
geli. Unum inquit tibi deest. Si vis perfect esse: ra  
de et rende omnia que habes et da pauperibus. et veni et sequere  
me. Qui omnia se fecisse dicebat. in primo certamine diuitias  
vincere non potest. Unde difficile intrant diuites in regna ce  
lorum que expeditos et alarum levitate subnitos habitatores  
desiderant. Vade inquit et rende non partem substantie sed vni  
uersa que possides et da non amicis: non consanguineis: non p  
inquis: non vroii: non liberis: plus aliquid addam. nibil tibi  
obmetum inopie reseruabis. ne cum Anna damnaris et saphi  
ra. sed da cuncta pauperibus. et fac amicos de iniquo manona:

qui te: recipiant in eterna tabernacula ut me sequaris ut domi-  
num. Nam omnis qui reliquerit domum aut fratres vel sorores  
aut patrem et matrem vel virorem: aut filios: aut agros propter  
nomen meum ceneuphium accipiet et vitam eternam possidebit.  
O quanta beatitudo per parvissima magna recipere eterna per brevi-  
bus: per mortuis semper viventia et habere deum debitorem. In  
actibus apostolorum quando domini nostri adhuc calebat cru-  
or et feruebat recentis in credentibus fides vendebat omnes pos-  
sessiones suas et precia earum ad apostolorum deserebat pedes  
ut ostenderent pecunias esse calcandas dabaturque singulis per  
ut opus erat. Unde Ananias et Saphira dispensatores timidi  
immo corde dupliciti: ideo condemnati: quia post votum obtule-  
runt quasi sua et non eius cui ea nouerant: partemque sibi in alie-  
ne substantie reseruantes metuentes famem: quam rera sunt. Ies-  
us non timet: et presentem meruere vindictam non crudelitate sen-  
tentia sed correptionis exemplo. Tende igitur omnia et da par-  
peribus: non diuitibus: non ad luxuriam sed ad necessitatem:  
sive ille sacerdos sit sive cognatus sit: et affinis nihil aliud in il-  
lo consideres nisi paupertate. Quodque in egyptiis et siriis mo-  
nasteriis moris est: ut qui se deo voverunt seculo renunciates  
omnes delicias seculi conculcant: sed reinam per renunciacionem  
seculo voluntas sit non necessitas ut pauperetas habeat expedi-  
tam gloriam non illatura cruciatum. Ceterum iurta miserias  
huius temporis et ubique gladios levientes. Satis diues est in pa-  
ne non indiget: ac nimis potens est qui seruire non cogitur. mul-  
ti enim edificant parieres et columnas ecclesie substerunt: mar-  
mora nitent: auro splendente laquearia et gemmis altare distin-  
guitur. et ministrorum christi nulla est electio. Nec vero mihi ali-  
quis opponat diues in iudea templum et mensas lucernas thur-  
ribula cibos et cetera ex auro fabricata. tunc hec probabantur a  
domino quando sacerdotes hostias immolabant et sanguis pe-  
cudum erat redemptio peccatorum quibus hec omnia precesserunt  
in figura. Hunc vero cum paupertatem domus sue pauper do-

minus dedicauerit cogitemus crucem et diuitias lutum putabimus. Sed nunquid tempus est ut habiteris in domibus laqueatis. id est ornatis et compositis et que non tam ad usum sunt quam ad delicias. inquit prophetam. Nam habitaculum meum in quo fuerunt sancta sanctorum et cherubim et mensa propositionis pluviis rigabitur. squalebit solitudine et sole torrebit. Que autem utilitas parietes fulgere geminis et christum in paupere fame moriam non sunt tua que possides dispensatio tibi credita est. Cauue ne quasi fidelis et famosus quondam tuorum dissipator: alienam pecuniam distribuendam accipias. Nam socrates ille thebanus homo quondam ditissimus cum ad philosophadum atque pergeret magnum auri pondus abiecit: nec putauit se simul virtutes et diuitias posse possidere et nos suffarcinati auro et per patrem sequimur sub preterto elemosyne pristinis opibus incubantes. Nam quomodo possumus aliena fideliter distribuire qui nostra timide reseruamus. Intelligis quid loquor. Dedit mihi enim dominus intellectum preter victum et vestitum et manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas ne filiorum panes comedant canes. Tu ergo considera ne christi substantiam imprudenter effundas: sine immoderato iudicio rem pauperum tribnas non pauperibus quod est pars sacrilegia. Et secundum dictum prudentissimi viri liberalitate liberalitas pereat. Sunt quoque qui pauperibus parum tribuunt ut amplius accipiant. et sub preterto elemosyne diuitias querunt que magis venatio dicenda est quam elemosyna. Sic bestie: sic aues capinuntur et pisces. Modicum in hunc esse ponitur ut matronarum in eo sacculi probabantur. nos autem humiles atque pauperculi nec habemus diuitias nec ablatas dignemur accipere balsamum piper et pomaria palmarum rustici non emunt. Qui enim rolut dinites fieri: incidunt in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa. Et presertim qui et etas optata cunctis non vicinam mortem quam debet mortali libet legem naturae. sed cassa spe anno nobis spacia pollicetur. non enim nisi fractis viribus et sic decrepitate senectutis est ut non putat adhuc

rum annum se esse viciatum. Verum quid ago fracta nauis de  
noscibus dispiuto. Non intelligimus antichristum appropinqua-  
re: quem dominus Iesus interficit spiritu oris sui. Juuenis q-  
dem potest cito mori. sed senex diu viuere non potest. maxime  
quia ad comparationem eternitatis a me quod in mundo pa-  
timur una dies appellari potest. non habitationis: sed peregrina-  
tionis. nam quotidie morimur: quotidie commutamur. et tamen  
eternos non credimus. hoc ipsum quod dico: quod scribo:  
quod lego: quod emendo: de vita mea trahitur. Quot puncta  
notariorum tot meorum damna sunt temporum. Omnes namq-  
uite de iniunctitate descendunt: nisi alter perdidetur: alter inue-  
nire non potest. rnde vulgata sententia mibi videtur esse veris-  
sima. q- diues aut iniquus aut iniqui heres. Vides enim homi-  
nes maria transire ante potentum fores erubare. pati coniuria  
que seruo: un conditio vir patitur. ut diuitias congregent: ut  
aliquam accipiant dignitatem. et postq- hoc fuerunt consecuti:  
tradere se luxurie et voluptatibus omni iniunctitate. ut quod aua-  
ritia congregavit: luxuria consumat. Iti ergo pro laborebus su-  
is efficiuntur hospicium demonum. qui templum dei esse debet.  
sunt tabernacula ethiopum. Postq- enim ditati fuerint: et per  
fas et nephas ad altissimum gradum concenderint: tunc con-  
scientia peccatorum suorum semper mortem: semper iudicium  
formidabunt: et ad leuem febriciunculam quasi latrones in car-  
cere: ita de eternis suppliciis suspirabunt. diuites autem qui  
ingressi sunt regnum celorum ipsis diuitiis ad bona reentes  
opera: diuites esse desierunt. et dispensatores dei magis q- diui-  
tes appellandi sunt. Obscro ergo te ne lucra seculi queras in  
christi militia. Negociatorem clericum ex inope diuite factum.  
et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge. Et preser-  
tim cum sciam te toti renunciasse mundo. et obiectis calcatifq-  
diuitiis: orationi lectioni et ieuniis vacare quotidie. Procura-  
tores quoq- et dispensatores domorum alienarum atq- villarum  
clericis esse non possunt. qui proprias iubentur contemnere facul-

tates. Avaricie itaq; malum tibi omnino vitandum est nō quo  
 aliena non appetas. hoc enim & publice leges puniunt. sed quo  
 tua que tibi sunt aliena non serues. si i alieno inquit fideles nō  
 suistis quod vestrum est quis dabit vobis. Sed dicas : iuuenis  
 sum & delicatus & manibus meis laborare non possum: si ad se,  
 uectam venero: si egrotare cpero: quis mei miserebitur? Audi  
 ad apostolos loquentem Jesum. Respice volatilia celi & cetera.  
 Si vestis desierit lilia pponantur. si esurieris beatos audies  
 pauperes & esurientes. Si aliquis afflixerit dolo: legitio. ppter  
 hoc illud apostoli. Complaceto mihi in infirmitatibus meis. Il  
 lud autem quod derelicta militia castrasti te ppter regna celo  
 rum. Quid aliud est qz & perfectam securus es vitam. perfect?  
 autem seruus christi nū preter christum habet. aut si preter chri  
 stum habet perfectus non est: igitur vt concludam. Si perfect?  
 es cur bona paterna desideras. Diuinis euangelium vocib? in  
 tonat. non potestis duobus dominis seruire. Et audet quis qz  
 mendacem christum facere mammone & domino seruiēdo. Qui  
 dicit se in christum credere debet quomodo ille ambulauit sic  
 ambulare. Affatim diues est qui cum christo pauper est. nā ser  
 ui dei qui diebus & noctibus seruiunt domino qui in terra po  
 siti angelorum imitantur conuersationem. & nihil aliud loquū  
 tur nisi quod ad laudes dei pertinet. habentes victum & vestitū  
 bis gaudent diuitiis qui plus habere nolunt. si tamen seruant  
 ppositum: alioquin si amplius desiderant his quoq; que necel  
 saria sunt pbantur indigni. Quicquid tamen corpora nostra  
 defendere potest: & humane succurrere imbecillitatē quos nū  
 dos natura profudit hoc vna appellanda est tunica. si ergo desi  
 deras esse qd ppheta ē qd xp̄s est da pauperib? quo necessitas su  
 stēte: nō quo opes augeant. Qd qz si qd plus habes qz qd tibi  
 ad victū vestitūq; necessarium est illud eroga in illo debitorē  
 esse te noueris. Nam aliena rapere conuincit qui ultra necessa  
 ria sibi retinere conatur. Clerici quoq; qui de bonis parentum  
 sustentari possunt: si quod pauperum est accipiunt. sacrilegium

profecto committunt. Scit enim hostis antiquus maius conti-  
nentie qui nummorum esse certamen. Facile namqz obiicitur:  
quod erit extrinsecus. Intestinum bellum periculosius est: za-  
cheus diues erat apostoli pauperes: et quantum ad diuitias ni-  
hil quantum ad voluntatem totum mundum teliquerunt. Si  
offeramus christo opes cum anima nostra libenter suscipiet. si  
autem que foris sunt deo que intus sunt diabolo dominus non  
est equa partitio. Nolo igitur quod ea tantum offeras que potest  
fur rapere: hostis inuadere: prescriptio tollere: et que ad instar  
vndarum et fluctuum a succedentibus sibi dominis occupan-  
tur. et que relis nobis in morte dimissuruses. Illud offer quod  
nullus possit tibi hostis auferre. nam aurum deponere incipi-  
tium est non perfectorum seipsum offerre deo christianorum est  
nec enim imaginem crucifiri portare potest: nisi qui in beac se-  
culo nudum se mortuumqz reddiderit. Infinita namqz de scri-  
pturis exempla suppetunt que avariciam docent esse fugien-  
dam. verum quid ante non plures annos gestum sit referam.  
Quidam ex fratribus partior magis quod avarior nesciens trigin-  
ta argenteis dominum venditum centum solidos quos lina te-  
rendo acquisierat mortens dereliquit. initium est consilium in-  
ter monachos: nam in eodem loco circiter quinquz milia diuisis  
cellulis habitabant. Quid facto opus esset. Alii pauperibus di-  
stribuendos esse dicebant. Alii dandos ecclesie nonnulli paren-  
tibus remittendos. Macharius vero et Panthonius et Isidor  
et ceteri quos patres vocant sancto in eis loquente spiritu: de-  
creuerunt infodiendos esse cum eodem dicentes. Pecunia tua  
tecum sit in perditionem. Necquod hoc crudeliter quispiam putet  
esse factum. tantus cunctos per totam egyptum terror inuasit.  
ut vnum solidum detiriuisse sit criminis. Radix omnium ma-  
lorum est avaritia. ideo et ab apostolo idolorum seruitus appellatur.  
non quidem occidit fame animam iustum dominus. Ju-  
nior fui et senui et non vidi iustum derelictum. nec semen eius  
querens panem. Helias corvis ministratibus pascitur. Vidua

sareptena ipsa cum filiis nocte peritura prophetam pascit esuriens et mirum in modum capsate completo qui alendus venerat alit. Petrus apostolus inquit. Aurum et argentum non est mihi: quod autem habeo tibi do. surge et ambula in nomine Jesu. Ac nunc multi licet sermone raseant opere loquuntur. Fidem et misericordiam non habeo quod autem habeo argentum et aurum hoc non do tibi. Audi iacob quid in sua oratione postulet. Si fuerit dominus meus mecum et seruauerit me in via hac per quam iter facio. et dederit mihi panem ad manducandum: et vestem ad vestiendum tantum necessaria deprecatus est. unde et latrones ad sanctum Hilarionem. Quid faceres si latrones ad te venirentur quibus respondit. Audus latrones non timeat: at illi: oicidi possem. possum inquit: sed non timeo: quia sum mori paratus: cuius alii mirantur signa et portenta que fecit. Mirentur etiam incredibilem abstinentiam scientiam et humilitatem. Ego autem nil ita stupeo quod gloriam et honorem calcare potuisse: quia difficile factum est gloriam virtute superare: et ab his diligi quos procedas: cum ergo christi gaudeas libertate ac prope modum in dogmate constitutus sis: non debes ad tollendum tunicam te cito descendere: nec respicere post tergum: nec aratri semel arreptam sciaram dimittere. Sed si fieri potest imitare. Ioseph et Egypti domine pallium derelinque: ut nndus se quaris dominum salvatorem: qui dicit in euangelio. Ait quis tulerit crucem suam et secutus me fuerit non potest me us esse discipulus. Proinde sarcinam seculi ne queras diuitias: que camelorum prauitatibus comparantur. Audus et leuis ad celum rola: ne alas virtutum tuarum auri depriment pondera: ne impleas sacculum: quem evacuare dominus precipit. Si igitur qui habent possessiones et diuitias iubentur omnia rendere: et dare pauperibus et sic sequi salvatorem dominatio tua non debet querere: quod erogatus es. Tidua illa in euangelio paupercula: que duo mutantu misit in gazophilatum cunctis etiam preserunt diuitib?

quia totum quod habuit de dicitur tu igitur eroganda non quereras ut fortissimum tunculum suum christus agnoscat ut letabiri de longissima regione renienti occurrat pater ut stola tricubat ut donec annulū ut immolet pro te vitulum saginatum.

**¶ Ca. v. de utilitate paupertatis.**

Super vero ita consolandus est ut sciat in paupertate magis sibi bona consideranda. Et primo quidem quod a deo illic sit utiliter pruisum presciat enim deum insirmatatem eius considerasse et sciuisse quod diuitiarum sarcinam et solitudinem ferre non posset. Deinde sciat quantas temptationes et quanta pericula transierit nomine paupertatis. Si affluentia deest que frequenter contraria est ad animi tamen diuitias quodtorius sine impedimento in paupertate transitur certe qualibus malis careat consideret. Caret inuidia emulatione insidiis dolo superbia et bis que homini in hoc seculo diuitie solent contare. si uru enim rerum et rbertate copiarum animus soluitur vigo mentis infringitur virtus corporis eneruantur ac in paupertate non lascivia conuiuia nec turpes potationes omnia sobria omnia rigida omnia humilia non abiecta quoniam conscientia pura et virtute sunt plena non est habundus extraneis facultatibus non facile ad diuitias animi id est ad virtutes huius mundi diues accedit. Filius enim dei difficiliter dicens diuitem intrare in regnum celorum utique intelligit pauperem facilius et ne se ob paupertatem alienum esse a cura dei existimet propterea testatur dicens et pauperem et diuitem ego feci et pro omnibus equalis mibi cura est. Non est enim deus personarum acceptor nec pro illo tantum se curam gerere profitetur qui in seculo diuitiis pollet sed pro omnibus et pro pauperibus curam sustinet remuneratus quem inuenitur aut in diuitiis humilem aut in paupertate patientem distributio reluti totius corporis humani et ministerium queritur singulorum. Consider

ret hominis corpus esse vnum quidem corpus sed plurima membra: nunquid omnia sunt oculus: aut pes: aut reliqua membra. Sed sicut ait apostolus doctor gentium fide et veritate que inferiora sunt membra maiorem his tribuimus honorem. Et quemadmodum virtus singulorum membrorum in suo ordine atque officio demonstratur. Ita in totius humani generis corpore veluti minor paupertas et diuicie collocantur: ut diuitiis humanitas dei examine comprobetur. Eructare debet pauper et deo gratias agere: quia multis patrimonii neribus liberatus est. In die probationis non grauatur compedibus facultatum. facilius liber sequitur discipulus dominum nullis neribus implicatus. Non desit etiam ab ipso iniquitate potest misericordia iusta in ege nos: quia sicut iustus efficitur de frugalitate in inferioribus et non habentibus prerogatu non vereatur ne ipse deficiat cum in usu sancte administrationis habeat promptissimam voluntatem: nihil cum sibi deerit. Non cupiat in hoc seculo diues fieri: ne mala plurima sibi acquirat. dicente et monente gloriose paulo: habentes victum et restitutum his contentissimus immos si vera fide et ppter salutem credere optauit celestes sibi diuitias coopt et comparet quas unusquisque et misericordie et religios bonis actibus comparat et assumit. Temporalibus enim eternam sunt preparanda: caducis stabilia: sollicitis securiora: periculis libera: in honorificis clariora. Igitur cum christus dicerit. Primum querite regnum dei. et hec omnia apponentur vobis nulli dubium fore credo his copiam necessiarum rerum in terris non defecturam quibus celestia preparantur. unde his monitis et diues temperetur et pauper subleuetur. Difficile quoque potentes nobiles et diuites et multo his difficiliter eloquentes deo. Obsecetur namque mens eorum diuitiis opibus atque luxuria et circumdati vitiis non possunt videre virtutes. Felix enim qui non in diuitiis non in sapientia non in potentia seculari et eloquentia: sed in Christi passionibus gloria et nihil miseri quam deum propter nummum contemnere. Ideo quem senseris semper aut cre-

bro de iumentis loquenterem institorem potius habeto quam monachum.

Ca. vi. de correctione et doctrina presidentis.

Rector quoque honore suppresso equalem se subditis bene viventibus deputet: erga peruersos iura rectitudinis exercere non formidet. Nam liquet quod omnes homines natura genuit e'equales: sed variante meritorum ordine alios altis culpa postposuit. Sed et arguuntur negligentes rectores ecclesie dei: ob quorum incuriam perit omnis decor populi christiani cum nec in cogitatione legis divinae nec in cultu pietatis nec in sacrarum virtutum exercitio laborare conentur. Tunc etenim doctrina rectorum sanitas est cum doctrina pariter et vita consentiunt. Sed nec putet sua doctrina et sapientia sed dei auxilio pacem ecclesiis suis redditam Qui si suum seruauerint gradum sunt quasi domus dei et quasi angelus domini. sed si plus cupiunt riederi nosse quam ceteri: quia docet patet veritatis regulam non tenere. Magister quoque discipulū corigit quem ardētōis cernit ingenii. Nam meū iūcū si curare cessauerit desperat. Quoniā non est parui apud dñm meriti bene filios educare. Rector quoque est et laborantiū nouerit sudore vel lapsis manū perigere vel errantibus iter ostendere. sed ne glorieris quod multos discipulos habeas. Filius dei docuit in iudea. et xii. tñ apli illum sequebant̄ phariseorum autē doctrinę oīis populū applaudebat. Ledit discipulus magistrum si p̄ negligentiam suā precepta eiusq; labore dispedit. ideo non sit in eis pene diuersitas quib; precepta sunt paria: nulli personae accipiass̄ quātūcūq; sit potes vel nobilis nisi peccauerit corripe eū nā cōfusionē sequitur ignominia ignominia correptio. correptio nē cōsolatio: cōsolationē salus. rera enī amicicia que sentit dissimilare non debet. non est crudelitas p̄ deo criminā punire sed pietas. nihil tñ crudelius nihilq; miserius inveniri potest. q;

Et timore mortis p̄prie nec salutē filiorū audēant defendere. do  
 cente autem te in ecclesia non clamor populi sed gemitus suscite  
 lachryme auditōrū laudes tue sint. Sermo presbyteri scriptura  
 rū lectione cōditus sit. Unde et aplūs precipit. Sermo vester sit  
 sale conditus q̄ si infatuē foras proīcit et perdit nominis di-  
 gnitatem. Aā sicut victoria domini triumphus seruorum. et sic ma-  
 gistris eruditio discipulorum pfectus. Aīsi enim caput sanū sit om-  
 nia mēbra erunt in vicio. quādo doctrina nō erit in ecclesiis in-  
 telligimus perire pudicitiam castitatem moxi et oēs obire virtutes  
 quia nō cōmederūt verbū domini. Tūc scriptura erit utilis au-  
 dientibus ēt ab aliis christo nō dicīt: cum ab aliis patre nō pferit.  
 cum sine spiritu sancto eā nō insinuat ille qui predicit. sed dis-  
 fīcile dignus preco virtutū christi inueniri potest qui in nunci-  
 andis illis nō suā sed eius querit gloriā quē predicit. Cōfusio  
 quoq; ignominia est Jesum crucifixū pauperē et esuriente far-  
 sis predicare corporibus et ieiuniorum doctrinā p̄ rubētes buci-  
 cas tumentiaq; ora proferre. Nō confundat ergo opera sermō-  
 nem tuū: ne cum in ecclesia loquaris tacitus quisq; respondeat  
 cur hec que dicas non facias. Accusare etiā avariciā latro potest.  
 Sacerdotis os cum mente cōcorde. Aā quō potest preses ecclē-  
 sie anferre malum de medio ei? qui in delictū simile coruerit.  
 aut qua libertate corripit peccantē cū tacitus ipse sibi respōde-  
 at eadē se admilisse que corripit. Perdit enim auctoritatē docē-  
 di cuius opere sermo destruit. Ac illud Tullii caput artis ē do-  
 cere quod facias. Venerationi mibi semp fuit nō verbosa rusti-  
 citas sed sancta simplicitas. Qui. n. in sermone imitari se dicit.  
 apostolos prius imitetur virtutes et ritā illoq; in qibus loquen-  
 di simplicitatē excusabat sancti nominis magnitudo. non enī:  
 facit ecclesiastica dignitas christianum; nec est facile stare loco;  
 pauli tenere gradum Petri iam cum christo regnantium ne for-  
 te veniat angelus qui scindat velum templi tui: qui can-  
 delabrum de loco moueat. Igitur edificaturus turrim fu-  
 turi operis sumptus computa. sicut non bierorosolymis fuisse:

sed hierosolymis bene virisse laudandum est. prius ergo faciamus et sic doceamus ne doctrine auctoritas cassis operibus frustetur. Nam de eloquentibus et pronuntiantibus plenus est orbis loquuntur que nesciunt: docent que non didicerunt: magistri sunt cum discipuli ante non fuerunt. Sed nec ad scribendum cito psalias et leui ducaris insania multoq; tempore disce quod doceas et sic temeritate quorundam doceas quod nescias. sed ante disce quod docturus es. Nam qui sapientuz verba crebro audiunt et intelligere negligit vitam suam gubernare non nouit: quantum magis nec aliorum regimini preficiendus est. ideo seruum seruis te esse conuenit: atq; ita in omnibus per docere: ve quicumq; audiunt conuersatione tua magis q; sermone proficiant. Quoniam quidem non in sermone est regnuz dei sed i virute. Sed nec statim multitudinis acquiescam: iudicio sec; eleeti in principatum noscamus mensuram nostram et humiliemur sub potenti manu dei. Reuera nihil fedius preceptore furioso: qui dum debeat esse mansuetus et eruditus: econtra torto vultu: trementibus labiis: rugata fronte: effrenatis conuitiis: facie interpalloreni ruboremq; variata clamore perstrepit. et errantes non tam ad bonum trahit qua ad malum se uitia sua precipiatur. Licit non qui aliquando irascatur: iracundus est: sed ille qui crebro hac passione superatur. Suntq; multi docentes ea que non oportet turpis lucri gratia qui totas domos subvertunt et putant questum esse pietatem. Quodq; plerumq; accedit ut habeamus pugnas legis non ob desiderium veritatis: sed iactanciam glorie dum apud audientes docti volumus extimari. Festino igitur gradu pergamus ad magistros et eorum teramus limida et precepta virtutum ac mysteria scripturarum vincula potemus eterna.

**Capi. vii. de solitudine.**

Euera re simpliciter motum mentis mee fatear considerans et ppositum tuum et ardorem quo seculo renūciasti. Differentiis in locis arbitror. Si vrbibus et frequentia vrbium derelicta in agello habites et christum in solitudine queras. et ores solus in monte cum Iesu sanctorumque locorum tantum vicinitatibus perfruaris id est ut et vrbē careas: et ppositum monachi non amicias. Loquor non de episcopis. non de presbyteris: non de clericis: quorum alia causa est. et alia monachi. Clerici oues pascunt ego pascor: sed de monacho loquor qui precium possessionum suarum ad pedes apostolorum posuit docens pecuniam esse calcandam ut humiliter et secreto vietans semper contemnerat quod semel contempserit. Nam sum me stulticie est renunciare seculo. dimittere patriam. r̄bes deferrere. monachum p̄fiteri. et inter maiores populos publice vivere. Quia ergo frater me interrogas per quam viam incedere debeas. revelata tecum facie loquo. Si officium vis exercere presbyteri. si episcopatus te vel opus vel onus forte delectat r̄ue in vrbibus et castellis et aliorum salutem fac lucrum anime tue. sin autem cupis esse quod diceris monachus id est solus. quid facies in vrbibus que vtiq; non sunt solo:rum habitacula: sed multorum. Habet vnumquodque ppositum principes suos. romani duces imitentur. Romulos. Fabricios. Regulos. Scipiones. Philosophi pponant sibi Pitagoram. Socratem. Platone. n. Aristotilem. Poete emulentur Homerum. Virgilium. Menandrum. Terentium. Historici Rithidem. Salustium. Herodotum. Liuium. Oratores Lysiam. Grathos. Demostenē. Tullium. Et ut ad nostra veniamus Episcopi. presbyteri habent ad exemplum apostolos et apostolicos viros. quorum bonorem possidentes habere mereantur et meritum. Nos autem habemus ppositi nostri principes Paulum. Antonium. Julianū. Hilarionem. Macharium. Et ut ad scripturarum auctoritatē redeas noster princeps heliscus helias. Nostri duces filii ppetarum qui habitant in agris et solitudine. et faciebant sibi taber-

nacula ppe fluenta iordanis. De his sunt et filii rethab: qui r/num et siceram non bibebant et morabantur in tentoriis qui dei p  
Hieremiam vocem laudantur. et permittitur eis q/ non deficiat de stirpe eorum vir stans coram domino. Interpretare igitur rocambum monachi hoc est nomine tuum. quid facis in turba qui solus es no/ tibi eadem causa que ceteris est quodq; nemo prophet in patria sua honorem habet. Nam rbi honor non est. ibi contemptus est. rbi contemptus ibi frequenter iniuria. rbi iniuria et indignatio. rbi indignatio ibi quies nulla. rbi quies non est: ibi mens sepe a proprie/ deducitur. rbi autem per inquietudinem aliquid auferitur et studio minus fit: eo quod tollitur. et rbi minus est: perfectum no/ potest dici. Ex hac supputatione illa summa nascitur. Monachum perfectum in patria sua esse no/ posse perfectum autem esse nolle derelinquere est. rbi autem ego nunc sum non solum quid agatur in patria: sed et an ipsa patria persistat ignoro. immo nec mibi conceditur rarus angelus heremus quotidie exposcor fidem quasi sine fide renatus sum.

**C**apitulum. viii. de laudibus  
et utilitate heremij.

Vid igitur agis tu frater in seculo qui maior es mundo. paupertatem times. beatos pauperes christus appellat. labore terreis: sed nemo athleta sine sudoribus coronabitur. De cibo cogitas: sed rera fides famem non patit. Super nudam me tuis humum erosa ieuniis membra collidere. sed dominus tecum iacet squalidi capititis horret inculta ceras: sed caput tuum christus est. Infinita heremij vastitas te terret: sed tu paradisum mente deambula. quotienscumq; illuc mente concenderis totiens in heremo non eris. O desertum christi floribus vernans. O solitudo in qua illi nascentur lapides. de quibus in apocalipsi. Civitas magni regis extriuitur. O heremus familiaris deo gaudens et atque etiam illud apostoli.

15

Non simē cordigne passiones huius temporis ad futuram glo-  
riam que reuelabitur in nobis Cur enī timido animo christia-  
nus es. Filius hominis non habuit ubi caput suum reclinet. et  
tu amplas porticus et ingentia tectorum spacia metiris. Heredi-  
tatem spectans seculi coheres Christi esse non poteris. nudos amat  
heremus. Corpus assuetum tunica lorice onus non fert. Caput  
opertum lintheo galea recusat molle ocio manus durus eraspe-  
rat capillus Sed cur iniq[ue]s pergis ad heremū videlicet ut te non  
audiam non videam. ut tuo furore non mouear ut tua bella non pa-  
tiar. nec me capiat oculus meretricis ne forma pulcherrima ad  
illlicitos trahat amplexus. Respondebis hoc non est pugnare sed  
fugere. stamacie aduersariis armatus ob sistit ut postquam viceris  
coroneris. Fateor imbecillitate meam nolo spe pugnare victori-  
e ne perdam aliquando victoram. si fugero gladiū dimittam  
si sterco aut vincendum mihi est aut cadendū. Quid autem ne-  
cessit est certa dimittere et incerta sectari: aut scuto aut pedibus  
mois ritanda est. Tu qui pugnas et superari potes et vincere:  
ego cum fugio non vincor: in eo quod fugio: sed ideo fugio ne vin-  
car. Nulla securitas est vicino serpente dormire potest fieri ut  
me non mordeat. tamen potest fieri ut aliquando me mordeat.  
Fuga enim non infidelitatis sed prudentie iudicium est ne fru-  
stra offeram nos periculis. Sed nup[er] egypti deserta vidisti in-  
tuitus es angeli causa familiā quae ibi flores sunt quāta spūalib[us]  
gēmis prata vernālia vidisti serta quibus dominus coronauit. ille tibi  
in pectore ignis eructuerit. Illa quotidie cogita. tracta. conside-  
ra et quasi quodam carcere tentus exclaims. Deu me quia plon-  
gata est mihi peregrinatio mea. et in paradisum mente trascen-  
dens. totiens in terra non eris quotiens terrena despereris. Ea  
dem nobis certe cum his qui habitat per deserta conditio est idem  
oculi et manibus iisdem infirmitatibus et virtutibus subiacens. Si  
te aque poteris verat quāti nobiles non dicā rīna nesciūt sanguines  
ignorāt. et infuso tantum legumine sustentātur. Si balneorum te la-  
uacra sollicitat. quāti principes ciuitatum: siue ob culpā p̄p̄iā.

sive ob inuidiaz insulas deportati sine eterno premio futuraqz  
mercede absqz mercede absqz balneis perseverant. Nemo id ne/  
cessitate pati non potest quod pro deo voluntate pati detractat  
habebis cellulam que te solum capiet. immo non eris solus: an/  
gelica tecum turba versabitur tot socii quot sancti leges euāge  
lium fabulabitur tecum Jesus replicabis apostolos vel xphe/  
ras: Num quidem talium alium poteris tuis sermonibus habe/  
re consortem. Terra sumus et cinis et per omnia momēta de no/  
stra salute suspensi continuo in puluerez dissoluendi. Quid re/  
tractamus facere de necessitate virtutem. Certe quandoqz mo/  
riendum est qz cito mundi derelinquimus angustias. Et si for/  
te ob continentiam quod tamen raro accidit dolere stomachū  
estuare febribus acceperimus perpetue rite ingressum ianuam  
morbum putemus. Quanti enim in mediis opibus et inter infu/  
las consulatus repentina morte subtracti sunt. Quid ergo desi/  
deramus rrbiuum frequentiam qui de singularitate censemur.  
Nibi enim opidum carcer et solitudo paradisus est. Seculariū  
quoqz maxime potentum consortia deuita. Quid tibi necesse ē  
illa sepins videre. quorum contemptu monachus esse cepisti.  
nam monachum solitudo facit non publicum.

### ¶ Ca. ix. de periculo vite solitarie.

Onachi etiam nunc mores discutimus qui iugū cbri/  
sti collo suo impōsuit. Primumqz tractandum est ver/  
solus an cum aliis in monasterio viuere debeas. Mi/  
hi placet ut babeas sanctorum contubernium. neqz absqz ducto/  
re ingrediaris viam quā nunqz ingressus es. Statimqz tibi in/  
partem alteram declinandum sit et erro: i pateas. Plusqz aut mi/  
nus ambules qz necesse sit et currens lasseris moramqz faciens  
obdormiens in solitudine. Cito surrepit superbia et si parump  
iciunauerit hominemqz non viderit putat se alicuius esse mo/  
menti: oblitusqz sui rnde quo venerit intus cor: de lingua foris

vagatur. Judicat contra apostoli voluntatem alienos seruos.  
quod gula proposcerit porrigit manus. dormit quantum volue  
rit nullum feretur omnes se inferiores putant. crebriusq; in vr  
bibus q; in cella est. et inter fratres simulat resecundiam q; plas  
tearum turbis colliditur. Quid igitur solitariam vitam repres  
hendimus minime quippe q; sepe laudamus. licet ut presertur  
solitaria vita periculosa est ne abstracti ab hominum frequen  
tia sordidis et impiis cogitationibus pateant et pleni arrogan  
cie et superciliis cunctos dispiciant armetq; linguas suas vel cle  
ricis vel monachis detrahendo. Sed de ludo monasterioru; hu  
iusmodi volumus egredi milites quos beremi dura rudimen  
ta non terreat. qui speciem sue conuersationis multo tempore  
dederint: qui omnium fuerunt minimi ut primi omnium fieret  
quos: nec esuries aliquando nec saturitas separauit. Qui pau  
pertate letantur quorum habitus sermo vultus incessus doctri  
na est ritutum. O quotiens in heremo constitutus in illa va  
sta solitudine que erusta solis ardoribus horrendu; monachis  
prestat habitaculum putavi me romanis interesse delitiis. Se  
debam solus quia amaritudine plenus eram borebant sacco  
membra deformia et squalida curis. situm ethiopisse carnis ob  
durerat. Quotidie lachryme quotidie gemitus. Et si aliquando  
me repugnantem somnus imminens oppressisset nuda homo  
vir ossa herentia collidebam. De cibis vero et potu taceam: cuz  
etiam ibi languentes monaci aqua frigida vtantur. Et coctu  
aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego qui ob iebenne me  
cum tali me carcerare damnaueram scorpionum tantum socius  
et ferarum sepe coreis in terram puellarum. pallebant ora ieiu  
niis et mens desideriis estuabat. In frigido corpore et ante ho  
minem sicca iam carnem premortua sola libidinum incendia bu  
liebant. Itaq; omni aurilio destitutus ad Jesu iacebam pedes.  
rigabam lachrymis. crine tergebam. et repugnantem carnē eb  
domadarum media subiugabam non depudesco infelicitatis  
mee qui potius plango non esse quod fueram. Nemini me clai

mantem diem crebro iunrisse cū nocte:nec prius a pectoris ces-  
sasse verberibus q̄z domino imperante rediret tranquillitas.ip  
sam quoq; cellulam quasi cogitationum mearum consciā per-  
timescebam. et mihi met iratur et rigidus solus deserta penetra-  
bam. ibi mee erat orationis locus ibi illud miserrime carnis er-  
gastulum collocabam. Et ut mihi testis est dominus post mul-  
tas lachrymas post celo oculos inherentes:nonnumq; videbar  
mibi interesse agminibus angelorum et letus gaudensq; canta-  
bam post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Dicaz  
et aliud quod in egypto riderim. Grecus erat adolescens in ce-  
nobio qui nulla continentia nulla operis magnitudine flam-  
mam poterat carnis extingue. Hunc periclitantem pater mo-  
nasterii hac arte seruauit. imperat viro cuidam graui ut virgis  
et conuiciis insectaretur hominem. Et post irrogatam iniuriaz  
primus veniret ad querimonias. vocati testes p eo loqueban-  
qui contumeliam fecerat. Flere ille contra mendacium cepit. so-  
lus pater defensionem suam callide opponere studuit:ne abun-  
dantioris tristitia absorberetur frater. Quid multa ita ann? du-  
ctus est:quo expleto interrogatur adolescens super cogitatio-  
nibus pristinis an adhuc molestie aliquid sustinere. Pape in-  
quit mihi vivere non licet et fornicari uidet. Hic solus si fuisset  
quo adiutorie superasset. Sunt enim meliores duo q; vnus et si  
alter ceciderit ab altero fulcietur. Funiculus triplex non facile  
rumpitur: et frater fratrem adiuuans exaltabit. Quid ego quos-  
dam q postq; renūcierit seculo vestimentis dumtarat et vo-  
cis pfessione non rebus nihil de pristina conuersatione muta-  
runt. Res familiaris magis aucta q diminuta eadem mysteria  
seruorum idem apparatus conuiuui et nomen sibi vendicant so-  
litarii. Quidam vero pauperes sunt et tenui substancialia ride-  
turq; sibi scoli pomparum ferculis similes procedunt ad publi-  
cum ut caminam exerceant facundiam. Sunt etiam qui humo-  
re cellularum immoderatisq; ieuniis redio solitudinis ac ni-  
mia lectione dum diebus et noctibus auribus personant. rectū

tur in melanconiam et ipocritis magis somentis quam nostris monitis indigent. Plerique artibus et negotiationibus pristinis carere non possunt. mutatisque nominibus institutorum eadem exercitent commercia. Non victimum et vestitum quod apostolus precepit: sed maiora quam seculi homines emolumenta sectantes. et sub religionis titulo exercecentur iniusta compendia et honoris nomini christiani magis fraudem facit quam patitur. Que pudet dicere sed necesse est ut saltet sic ad nostrum erubescamus dedec publice extendentes manus pannis aurum tegimur. Et contra omnium opinionem plenis sacculis morimur divites qui quasi pauperes virimus. Libi cum in monasterio fueris hoc facere non licebit. et inolecente paulatim consuetudine quod primum cogebaris velle incipies et delectabit te labor tuus. oblitusque perterritorum semper pio: a sectaberis. nequaquam considerans quid aliis mali faciant sed quid boni tu facere debeas. Nec vero peccantium ducaris multitudine: nec te pereuntium turba sollicitet et tacitus cogites. Quid ergo omnes peribunt qui in urbibus habitant. Ecce illi fruuntur suis rebus ministrant ecclesiis balneas adeunt: rurgentia non spernunt: et tamen in omnium ore versantur. ad quod et ante respondi et nunc breuiter respondebo in presenti opusculo me non de clericis disputatione: sed monachum instruere.

### Cap. de periculo habitandi in urbibus.

Considero obsecro satis esse difficile locum Stephani implere. vel Pauli. vel in angelico stare ministerio.

Preciosum margaritum est: sed cito frangitur. Itemque instaurari non potest. Hauius quamuis sit rudis et solidis constituta clavis tumentesque fluctus tabulata non sentiat. citato si periculose nauigat perforatur. Et licet plenis ventis lucrosius ad optata perueniat. tamen magis secura sunt que et transilla sunt. Et ut apertius loquar plus te quod dicis habere mercem si in media urbe consistes monachorum victimes vita et sunt vera que dicis sed non tam facile explentur opere quam dicto. nam si

aliquis te de optimatibus invitat ad prandium certe aut eundum tibi est aut negandum. Si ieris aut eisdem resceris cibis aut aliis. et aliis conuiuarum offenduntur oculi si isdem perit abstinentia. Quod si ire nolueris miser comederis in prandio ad singulas quasque violas et delibuta melie vina potaberis. Alius in tuum vultum cauillabitur. ille incessum irridebit. hic habetum. et imitatores forsitan iudeorum nonne iripient. hic est filius fabri: nonne fratres eius et sorores apud nos sunt: ego illum memini ante tot ferme annos illud secisse turpe diruisse turpius. alius furem clamabit et tecum sceleris finget esse particeps omnia prandia pariter consonabunt. et in te temulentum connitum dissoluetur. quod si ipsis abstineris carnibus et non crebro balnea frequentas: tunc nota per omnes columnias. Manichei tibi titulus ascribetur si volucrum edulium refutaberis: et tenellas carnes columbas crassosque turtures experte gutturi durior dominus denegaueris: sacrilegii crimē affigit statimque aiunt. Hui sunt qui creatorem mundi contemnunt in ipsis nostris facta sunt omnia. Audiuimus domino teste non mentior quendam in suam gulam disertum cum rumore cognosceret me cibis esculetioribus abstinere dicere. Numquid porcellus ita factus est: ve rogatus in senatu sententiam diceret. Quo videlicet me stulte condemnaret qui me putaret ea que sunt in ipsis creatu non sumere. Quod si pulla fuerit tunica etiam preter eum tantum digitis denotaberis: ac si nisi formosus fueris sanctus esse non poteris. Nec istiusmodi cum vitam in urbibus lacerent bonam. Quid facies frater in medio: aut vitilis aut anathemati colla submittes: id est aut sectaberis que sunt aduersa continentie. aut si nolueris condemnaberis. Pretermitto trebras salutationes obsequia matronarum. variisque illecebras quibus etiam rigissimi molliuntur animi et sireneo cantu ad naufragium praebuntur. Num autem illud affirmes quod etiam si ista non essent ad comparationem tamen ingenti boni minora deserere deberent. Cum enim tanta reperimus in celo parua et caduca quesisse non

doleamus in terra. Ambitio namq; potentia magnitudo. vrbis  
 videre et videri et salutari laudare detrabere vel audire. ploquis  
 et tantum hominum frequentiam saltet in ultum ridere a pro-  
 posito monachorum et quiete aliena sunt. Aut enim videmus ad  
 nos venientes et silentium perdimus: aut si non videmus et su-  
 perbie arguimur. Interdum et visitantibus reddam? rices. ad  
 superbos fores pergimus. Inter linguas rodentium ministros  
 postes ingredimur deauratos. In christi vero villa ut dicimus  
 totum rusticitas: itaq; preter occupationes aut nobis clauden-  
 dum est hostium aut scripturarum ppter quas aperiende sunt  
 fores studia relinquenda. His igitur rationibus iniuitati multi  
 philosophorum reliquerunt frequentias vrbium et ortulos sub-  
 urbanos rbi ager irriguus et arborum come. et susurrus avium  
 fontis speculum: riuis immurmuratis. et multe oculorum auri  
 umq; illecebri. ne per luxum et abundantiā copiarum animē  
 fortitudo mollesceret. et eius pudicitia constiperetur. Inutile  
 quippe est crebro ridere per que aliquando captus sis: et eorum  
 te experimento committere quibus difficile careas. Nam quos  
 seculi carcer includit. nunc ira. nunc auaricia. nunc libido. nūc  
 virtus. in portabunt ad ruinam. Ideoq; ob-  
 terrende sunt animi voluptates relinquenda delectationū stu-  
 dia. Quoniām hec circumcisionis est veritas non figura. Hicē  
 dum in summa ut naturalibus amputatis conuersatio nostra  
 tendat ad celum. quod fiet. si ludi. si iocus. si conniuia. si sermo  
 pene familiarium deseratur. et que circumciduntur arescant. nō  
 visu. nō auditu. non tactu. aut sapore capiat in natura corpo-  
 ris naturam copoream non habere. Nam si vellemus despice-  
 re quod sumus meremur in melius esse q̄sumus. Igitur ne te  
 mere nos offeramus periculis. sed quantum in nobis est insidi-  
 as declinemus.

Ca. xi. de laude abstinentie  
 et picipue a carnibus.

Aliator noster attendite inquit vobis ne sorte aggra-  
uentur corda vestra crapula et ebrietate et curis huius  
rite. Modicus enim et temperatus cibus et carni et tan-  
me utilis est. balneorum fomenta non queras qui calorem cor-  
poris ieinniorum cupis frigore extinguere. Que et ipsa moderata  
sunt ne nimium debilitent stomachum et maiorem refectionem  
poscentia erumpant debilitatem que patens libidinum est. Aut  
enim medici et qui de humanorum corpore scripsere naturis pre-  
cipueq; Galienus in libris quorum titulus est lesei non pueror-  
um et iuuenium. ac perfecte etatis virorum mulierumq; corpo-  
ra insito calore seruere. et norios esse his etatibus cibos qui ca-  
lorem augent sanitatiq; conducere frigida queq; in esu et potu-  
sumere. Sicut econtrario senibus qui pituita laborant. et frigo-  
re calidos cibos et vetera vina prodesse. Et etiam comicus cui?  
finis est humanos mores nosse atq; describere dicit. Sine cere-  
re et bacho friget renus. Nihil itaq; scias conducere christianis  
adolescentulis: ut esum olerum: nam ardor corporis frigidiori-  
bus epulis temperandus est. Nobis enim non corporum cultus:  
sed anime vigor queritur que carnis infirmitate sit fortior. In-  
de est q; nonnulli vitam pudicam aperte in gressu itinere  
corrunt dum solum abstinentiam carnium putant et leguminis  
bus onerant stomachus que moderate parceq; sumpta innocia  
sunt. Et q; ita sentio loquar nihil sic inflamat corpora. et  
titillat membra genitalia: sicut indigestus cibus rictusq; cauili-  
sus. Quod enim seminarium voluptatum est venenū puta. Est  
autem esus carnium seminarium libidinis: et non solum de car-  
nibus loquo: sed in ipsis leguminibus instantia et grauia de-  
clinanda sunt. Parcus cibus et venter esuriens triduanis ieui-  
niis preferuntur. Dulce enim melius est continue parum q; satis  
sumere. Pluvia illa optima est que sessum descendit in terris.  
Subito te nimius imber precepit arua subvertit. Refectio itaq;  
saturitatem fugiat. nihil prodest biduo aut triduoq; transmissio

vacuum portare ventrem. Si pariter obruatur. si compensetur  
saturitate iejunium illico mens completa torpescit. et irrigata  
corporis humore spinas germinat libidinuz plures quoq; sunt  
qui cum vino sunt sobrii ciborum tamen largitate sunt ebrii.  
Omnis enim qui ebrietatem sectantur filii belial vocantur.  
Nam venter mero estuans facile despumat in libidinem. Unde  
de Hoe ebrietate nudavit femora. Lotus quem sodoma non vi-  
cit vina vicerunt: venter quoq; plenus facile disputaret de ieju-  
niis. Qui enim christum desiderat et ille pane vescitur non que-  
rit magnopere quoniam de preciosis cibis stercus cōficiat. quic  
quid post gulam non sentitur idem sit q; panis legumina. Om-  
ne enim q; in hoc mundo laborant homines ore quasi consumi-  
tur et atteritum dentibus ventri traditur digerendum. et tanidiu-  
tribuit voluptatem q;diu gutture continetur. cum vero in ali-  
um transierit desinit inter cibos esse distantia. nec hoc dicim?  
q; negemus pisces. sed quomodo nuptiis virginitatem ita satu-  
rari iejunia preferimus. Sed nec ideo te carnes vesci non putas  
si suum leporum atq; ceruorum et quadrupedum animantium  
esculantiam reprobes. Non enim hoc pedum numero: sed suaui-  
tate gustus iudicatur. Scimus ab apostolo dictum. Omnis cre-  
atura dei bona que cu... gratarum actione percipitur. Bonum  
est carnem non manducare. comedant carnes qui carnibus ser-  
uiunt quorum feruor despumat in coitum eorum etiam intesti-  
na carnibus repleantur: tu vero nihil necesse habes aliud nisi  
perseuerare iejunium. Pallor et soides gemme tue sint. igitur  
cum mihi diceris cur porcus creatus est statim tibi respondebo  
puerorum more certantium cur ripere scorpii nec deum super,  
fluorum iudicabis opificem: quia plurime et bestie et volucres  
sunt quas tue fauces recu sent. Sed ne cōtentiosum hoc pugna-  
rū magis videat esse q; vez. Audi iccirco surs et apros et reliq; s  
a iantes creatas. vt milites. athlete. naute. metalloq; fossores  
et ceteri duro op̄i mācipati haberent cibos q; fortitudo cor:pis

necessaria est. Qui portant arma et cibaria: qui pugnis et calcibus sua inuicem membra debilitant. Qui remos trahunt quorum latera ad clamandum dicendumque sunt valida. Qui subvertunt montes et sub sudore et imbris dormiunt. Sed quid ad nos quoque conuersatio in celis est. Ceterum nostra religio non athletam. non nautas. non milites. non fossores. sed sapientie erudit sectatorem qui se dei cultu dedicauit. et scit cur creat? sit cur versetur in mundo: quo abire festinet. unde et apostolus loquitur. Quando infirmor tunc potens sum. et si exterior noster homo corrumptitur: sed interior renouatur de die in diem. et cuiuspius dissolui et esse cum christo et carnis cura ne feceritis. Quidque sine quatuor sensibus viuere possumus id est sine aspectu auditu et odoratu: atque complexu: absque gustu autem et cibis impossibile est humanum corpus subsistere. Adesse ergo debet ratio et tales et tantas sumamus escas quibus non oneretur corpore nec libertas anime pregrauetur. Quia si comedendum est et deam, bulandum et dormiendum et digerendum: et postea inflatis renis incentiuia libidinum suscitantur. Sunt quidem sensus nostri porte per quas ad animam nostram seculi blandimenta descendunt. et per quas sensus carnis introeunt per quas nisi late strage facta viam virtutibus quadam; pic... et ceterum nonque ad regem pietatis peruenire poterimus. Dicat enim quisque quod dolet ego loquor conscientiam meam. scio mihi abstinentiam et non cuisse intermissam et perfuisse repetitam. Nec tales ergo accipimus. cibos quos aut difficulter digerere aut comedentes magno paratos et perditos labore doleamus. Olerum et pomorum et leguminum et facilior apparatus est. et arte impediuntur coccoque non indiget et sine cura sustentat humanum genus moderateque sumptus. quia nec avide deuoratur quod irritamentum gule non habet leniori digestione decoquitur. Nemo enim uno et duobus cibis hisque vilibus usque ad inflationem ventris oneratur que diversitate carnium et saporis delectatione concipitur et ad esum sui expleta esurie quasi captivos trahunt. vnde et mobiliter satius

ritate nimia concitantur. multaque impaciētiā gule vomitu re/  
 mediantur. et quod turpiter singesserunt turpi? egerūt. Postq[ue]  
 enim venit christus in fine temporum reuoluit o ad alpha. id  
 est finem ad principium ut in prima etate: nec circumcidimur:  
 nec repudium dare permittimur. nec carnes comedimus. Ipo/  
 cras in ambo: ilmis docet crassa et obesa corpora que crescendi  
 mensuram impleuerunt. nisi cito oblatione sanguinis minuan/  
 tur paralism et pessima morborum genera parere. et siccirco esse  
 necessariam deprecationem ut rursus habeant in que possint  
 crescere. non enim manere in uno statu naturam corporum sed  
 aut crescere sperant decrescere. nec posse viuere animal nisi cre/  
 scendi capax sit. Unde Galienus doctissimus. Ipotratis inter/  
 pres Athletas quoq[ue] vita et ars sagina est dicit in exhortatione  
 medicine: nec viuere posse diu nec sanos esse: animasq[ue] eorum  
 ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas nihil te/  
 nue nihil celeste: sed semper de carnibus et ructu et ventris in/  
 gluuie cogitare. Diogenes tyrannos et subuersiones rribiū bel/  
 laq[ue] vel hostilia vel ciuilia: non p[ro] simplici victu olerum pomo/  
 rum sed p[ro] carnibus et epularum delitiis asserit ercitari. Qd[ic]q[ue]  
 mirandum sit. Epicurus voluptatis assertor omnes libros su/  
 os replete dieribus et pomis et viubus cibis dicens esse viuen/  
 dum quia carnes et exquiseite epule ingenti cura preparantur:  
 maioremq[ue] penam habeant in querendo q[ue] voluptatem in abu/  
 tendo bibere et comedere non delitarum ardorem sed famem  
 sitimq[ue] restringere qui carnibus rescuntur indigent etiam his  
 que non sunt carnium qui autem simplici victu vtunt eos car/  
 nes non requirere. Sapientis quoq[ue] operam dar: no possum?  
 si mense abundantiam cogitemus que labore nimio et cura indi/  
 get cito expletur nature necessitas frigus et fames simplici ve/  
 stitu et cibo expelli potest delitie et epularum varietates somen/  
 ta sunt auaricie: q[ui] si quis extimat et habundantiam ciborum po/  
 titionumq[ue] se perfraui et vacare posse sapientie hoc est versari in/  
 ter delicias et delitarum vitiis non teneri seipsum decipit sen/

sus noster illud cogitat quod videt audit odorat gustat attra-  
ctat: et ad eius trahitur appetitum cuius capitur voluptate dis-  
ficile. immo impossibile est delitiis et voluptatibus affluentibus  
non ea que gerimus cogitare. Frustraque quidam simulant sal-  
ua fide et pudicitia et integritate mentis se abuti voluptatibus  
cum contra naturam sit corpus voluptatum sine voluptate per-  
frui. Sensus corporis quasi equi sunt sine ratione currētes. Ani-  
ma vero in aurige modum retinet frena currentium. Grandis  
exultatio anime est cum paruo contentus fueris mundū habes-  
te sub pedibus et omnem eius potentiam: epulas libidinis pro-  
pter quas diuitie comparantur: rilibus mutare cibis et grossio-  
ri tunica compensare. Tolle epularum et libidinis luxuriam. ne  
mo queret diuitias quo: um vsus aut in ventre aut sub ventre  
est: qui egrotat non aliter recipit sanitatem nisi tenui cibo et ca-  
stigatione victus. Quibus ergo cibis recipitur sanitatis et co-  
seruari potest: ne quis putat morbos oleribus concitari. Si autem  
tires olera non ministrant que nascuntur et aluntur ex car-  
nibus: quid tamen necesse est sapienti viro et philosopho christi  
habere tantam fortitudinem que athletis et militibus necessa-  
ria est quam cum habuerit ad vitia provocet. Illi arbitrantur  
carnes sanitati congruas qui volunt admodum volumen et in centu-  
demersi voluptatum ad coitum semper estuant. Christiano sa-  
nitas absq; viribus nimis necessaria est: nec turbare nos debet  
si rari sunt huius ppositi sectatores. quia rari sunt et amici bo-  
ni et fideles et pudici et continentes semperq; virtus rara est. Le-  
gimus quosdam morbo articulari et podagre humoribus labo-  
rantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam et paupe-  
res cibos redactos conualuisse. Caruerunt enim solitudine  
dispensande domus et epularum largitate que et corpus fran-  
gunt et animam. Irridet Oratius appetitum ciborum qui con-  
sumpti relinquunt penitentiam. Sed et iam ex vilissimis cibis  
vitanda facetas est. nihil enim ita obruit animum ut plen? re-  
ter et exstiens: et huc illucque se retrens et in ructus vel in crepi-

21

tus ventorum efflatione respirans. Quale autem illud ieiuniū  
aut qualis refectio post ieiunium cum pridianis epulis disten-  
dimur: et guttur nostrum meditatorium efficitur lasciviarum.  
dumque volumus proliorius medie famem requirere tantu[m] vo-  
ramus quantum vix alterius diei non digerat. Itaque non tam  
ieiunium appellandum est qua crapula ac setens et molesta di-  
gestio.

**C**a. xii. de abstinentia tam philosophorum  
et sacerdotum et aliorum sanctorum.

Iacearcus in libris antiquitatum et descriptione grecorum  
refert sub Saturno. cum omnia humus funderet nullus  
lum comedisse carnes: sed uniuersos vixisse frugibus  
et pomis que sponte terra gignebat. Ceremon quoque stoyc[u] vir  
eloquenrissimus narrat de vita antiquorum egypti sacerdotum:  
quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis semper in tem-  
plo fuerint. et rerum naturas causasque et rationes synderum con-  
templati sint. nunquamque se mulieribus miscuerint: nunquamque cognatos  
et propinquos nec liberos quidem riderint: et ex eo tempore quo  
cepisserunt: vino et cibis deservire carnibus et vino se semper ab-  
stinuerint. propter tenuitatem sensus et maxime propter appetitus  
libidinis qui ex his cibis et ex hac potionе nascuntur. Panem raro  
vescebatur ne oneraret stomachum et si quando comedebat totusque  
pariter isopum sumebant in cibo: ut escas grauiorem illius calorem de-  
coquerent. Oleum tamen in oleribus nouerat. unde et ipsum parum pro-  
pter nauseam et asperitatem gustus lenientem. Quid loquar de vo-  
latilibus cum ousa quoque per carnibus vitauerint. et lac per sanguineum  
colorem mutato. Cubile eis de foliis palmarum contortum erat.  
Scabellum acclive ex una parte obliquum in terra pro pulu-  
lo capiti supponebant. bidui triduique medium sustinentes et  
homines corporis qui nascuntur ex ocio et ex mansione rni-  
us loci nimia victus castigatione siccabantur.

Ie[n]ni Josephus in secunda iudaice captiuitatis historia. ⁊ in  
xxiiii. antiquitatum libro. tria describit dogmata iudeorū. pha-  
riseos. saduceos. esseos. quo: um nouissimos miris affert laudi-  
bus. q̄ ⁊ vitoribus ⁊ vino ⁊ carnib⁹ semper abstinuerint. ⁊ quo-  
tidianum ieunium verterent in naturam. Super quorum vi-  
ta ⁊ cibo philo vir doctissimus p[ro]prium volumen edidit. Eubu-  
lius etiam narrat apud persas tria genera magoꝝ quorum pri-  
mos qui sunt doctissimi ⁊ eloquentissimi excepta farina ⁊ olere  
nil amplius in cibos sumere. Orpheus quoꝝ in carmine suo.  
esum carnium penitus detestatur. pitagore etiā Socratis An-  
thistensis. ⁊ reliquorū frugalitatem referre ad confusionē no-  
stram nisi ⁊ longum esset ⁊ pp[ro]pria operis indigeret. vt qui pau-  
pertatem apostolorum ⁊ crucis duritiem aut nesciunt aut con-  
temnunt. imitantur saltem gentilium parcitatem. Ad ea autem  
nemo que asella post duodecimum annum sudore p[ro]prio elegit  
arripuit. tenuit. cepit. impleuit. vnius cellule clausa angustus  
latitudine paradisi fruebatur. idem terre solum ⁊ orationis lo-  
cus extens⁹ ⁊ quietis. ieunium pro ludo habuit. medium pro re-  
fectione. Et cum eam non vescendi desiderium sed humana cō-  
sectio ad cibum traheret. pane ⁊ sale ⁊ aqua ⁊ cibis ⁊ vītis ⁊ citabat  
magis esuriem q̄ restringere ⁊ operabatur manibus suis sci-  
ens scriptum esse. Qui non operatur non manducet. Et ita ad  
quinquagenariam peruenit etatem: vt non doleret stomachus  
non viscerum cruciaretur in curia. non sicca humus iscentia  
membra constringeret. non sacco asperitas cutis fetorem ali-  
quem situmq[ue] contraberet: sed sano corpore animo sanior so-  
litudinem putaret esse delicias: ⁊ in vrbe turbida inueniret  
heremum monachorum. Paulo quoꝝ vestimenta ⁊ cibum  
palma prebebat: ⁊ ne cui impossibile videatur. Jesum te-  
stor ⁊ angelos eius: q̄ in ea parte heremī que iuxta Siria-  
m sarracenis coniungitur. Monachum vidi. qui per trigin-  
ta annos inclusus ordeaceo pane ⁊ luculēta aqua rivebat. alter  
in cisterna veteri quinq[ue] caricis p[er] dies singulos sustettabat. vñ

22

si mihi dominus optionem daret multomagis eligerem tunica  
pauli cum meritis eiusq; regum purpas cum regnis suis.  
Quid tamen nos ventris animalia rnoq; fecimus tale quos si  
vel secunda hora legentes iuenerit oscitamus manu faciez de  
fricantes continemus stomachum et quasi post multum labore  
mundialibus rursum negotiis occupamur. Pretermitto pran-  
dia quibus mens onerata premitur: pudet dicere frequentiam  
salutandi qua aut ipsi quotidie ad alios pergimus aut ad nos  
venientes ceteros expectamus. Deinceps igitur ad verba sermo  
territur lacerantur absentes vita aliena describitur et morden-  
tes iuicem consumimur ab iuicem. Ialis nec cibus occupat  
et dimittit. Cum vero amici recesserint ratiocinia suppeditamus cu  
ira personae leonis nobis inducit cum cura supitus in annos plurimos  
duratura pre cogitat. Nec recordamur euangelii dicentis. Stulte  
hac nocte auferent animam tuam a te que autem preparasti cu  
ius erunt. Nec vero hec dicens contemno cibos quos deus cre-  
avit ad retendum cum gratiarum actione. Sed iuuenibus incen-  
tiva esse assero voluptatum. Non ethne ignes non vulcana tel-  
lus non veselous olimpusq; tantis ardoribus estuant ut iuue-  
niles modi inanimata natura inflamat. Avaricia calcet  
a plerisque et cum marsupio deponitur. Maledicam linguam in-  
ductum emendat silentium. Cultus corporis et habitus vestiu-  
rum in hore spacio commutantur. Omnia alia peccata extrinse-  
cus sunt et quod foris est facile abiicitur. Sola libido insita est  
et quandam legem nature gestit in coitum erumpere. Grandis  
igitur virtutis est et sollicite diligentie superare quod natus sis et in  
carne non carnaliter vivere.

### Ca. xiii. de temperatis ieiuniis.

Antum tibi ieiuniorum assume optum ferre potes. Di-  
uersus est enim hominum stomachus. alii amaris. alii  
dulcibus; alii austerioribus; alii levibus delectantur

cibis. Ideo uon tibi immoderate imperamus ieiunia etenore  
ciborum abstinentiam: quibus corpora delicata franguntur.  
Philosophorum quoque sententia est immoderatas esse virtutes ex  
cedentia modum atque measuram inter vicia reputari. Vnde et  
vnuus de septem sapientibus ait. Ne quid nimis. noui enim ego  
in utroque sexu per nimiam abstinentiam cerebri sanitatem: in qua  
busdam fuisse reratam precipue qui in humectis et frigidis ha-  
bitauere cellulis. ita ut nescirent quid agerent: quoque se verte-  
rent: quid loqui quidue tacere deberent. Sic ergo debes ieiuna-  
re: ut non palpites et respirare vir possis. Sed ut fracto corporis  
appetitu: nec in lectione: nec in psalmis: nec in vigiliis solito quod  
minus facias. In ieiunio non est perfecta virtus: sed ceterarum  
virtutum fundamentum est et sanctificatio et pudicicia: sine qua  
nemo videbit deum. Nam christus cum voluntate omnia in ac-  
ceptum resert. dispergunt namque mibi in teneris maxime etatibus?  
longa et immoderata ieiunia quibus iunguntur ebdomades et  
oleum in cibo ac poma retantur. Experimento didici asellum in  
via cum lassus fuerit diuerticula querere. Hoc enim in perpe-  
tuo ieiunio preceptum est: ut longo iterere vires per pedes su-  
perentur: nec in prima mansione current. et in mediis. Ceterum in quadragesima continentie vela pandenda sunt  
et tota aurige retinacula equis laranda properantibus quamque  
alia sit conditio secularium alia monachorum. Secularis homo  
in quadragesima ventris ingluviem decoquit. et in coclearum  
morem succo vicitans succo futuris dapibus ac sanguine aliquem  
tulum parat. monachus sic in quadragesima suos invitat equos  
ut sibi meminerit semper esse currendum. Finitus labor maior  
infinitus moderatio est. ibi enim respiramus. hic perpetuo in-  
tendimus. Sic tamen comedas ut statim post cibum possis le-  
gere orare et psallere. ideo sunt ibi casta supplicia moderata: et  
non supersticosa ieiunia. Sed quid prodest oleo non risci. et mo-  
lestias quasdam difficultatesque ciborum querere. Charitas: pi-  
per: nubes: palmarum fructus similia et mel. totamque ortorum cul-

turam veramus ut cibario pane non rascamur. Et dum deliciis  
 as sectamur a regno celorum retrahimur. Nec si biduo aut tris  
 duo iejunaueris putas te non iejunantibus meliorem. Tu ie-  
 junas et irasceris ille commedit et forte blanditur. Tu veratio-  
 nem mentis et ventris esuriem iejunando digeris. Ille modera-  
 tius alitur et deo gratias agit. Unde quotidie clamat Esaias  
 non tale iejunium elegi dicit dominus. Et iterum in diebus ie-  
 juniorum vestrorum inueniuntur voluntates vestre. Et omnes  
 qui sub potestate vestra sunt stimulatis in iudicis et litibus ie-  
 junatis et percutitis pugnus humilem ut quid mihi iejunatis.  
 Quale illud potest esse iejunium: cuius iram non dicam non oc-  
 cupat sed luna integra derelinquit. te ipsum considerans noli et  
 alterius ruina sed in tuo opere gloriari. nec illorum tibi exempla  
 proponas: qui carnis curam facientes possessionum redditus:  
 et quotidianus domus impensas suppetant. Nec enim undecimi  
 apostoli christi iude prodicione sunt fracti nec phylego nec ale-  
 randro faciente naufragium ceteri a cursu fidei substiterunt.  
 Coniuia quoque tibi sunt vitanda secularium marime. eorum  
 qui honoibus timent. Nam pinguis venter non gignit sen-  
 sum tenorem. Dicit isovi fabula olenum muris ventrem per an-  
 gustum foramen egredi non valere. Quoscumque namque formo-  
 sos calamistrato crine compositos vel buccis rudentibus vide-  
 ris de armento iouiniani sunt inter quos sues gru: iunt de no-  
 stro grege tristes pallidi sordidati et quasi peregrini huius se-  
 culi licet sermonem taceant habent loquuntur et gestu. unde et sac-  
 cus et iejunium arma sunt penitentie et aurilia peccatorum. Et  
 si e duobus necessariis unum est subtrahendum magis eligam  
 iejunium absque sacco quam saccum absque iejunio. Ac vero hic qui  
 bus penitentia precipitur consequenter ad iejunium saccum co-  
 pulant. Non quidem sanat oculum quod calcaneo adhibetur.  
 iejunio passiones corporis oratione pestes sanande sunt metis  
 ideo per iejunium ostenditur nobis posse redire in paradisum

Vnde per saturitatem suimus ejecti. Nam ieiunium curat rul-  
nera delinquentis curatosq; sanctificat.

**Capitulum. xliii. de contempla-  
tione oratione & lectione.**

I monachus esse vis non videri habeto curam nō rei  
familiaris cuius renunciatione hoc esse cepisti sed ani-  
me tue. Alma scientiam scripturaruz & virtutia carnis nō  
amabis. corpus pariterq; animus tendant ad dominum. Sic  
te ipsum celo animo gestiente pcuras: ut deum corpore mortalibus  
in terra iam ad christum mente peruenias. Assuescas quoq; ad  
orationes & psalmos nocte consurgere mane hymnos canere.  
tertia. sexta. nona. hora stare in acie quasi bellator christi: accen-  
sa. & lucerna reddere sacrificium resptinum. Sic dies transeat.  
sic nos inueniat laborante orationi lectio: lectioni succedat ora-  
tio: precipue quia ea que sancti faciunt in conspectu dei accipi-  
unt scientiam & pleniū diuinis imbuti sunt disciplinis. Si ta-  
men egrotus & testuans febribus aquam frigidam postuleret & di-  
cat ad medicum. vim patior. rret. cronicor. eramino. & aquo me  
dice clamabo & non eraudies. Et respondeat lapientissim? me  
dicus scio quo tempore debo dare quod postulas: non misere  
or modo: quia misericordia ista crudelitas est. & voluntas tua  
contra te petit. ita & dominus noster sciens clementie sue pon-  
dera atq; mensuras interdum non eraudiet clamantem ut eum  
pbet & magis puocet ad rogandum & quasi igne excoctum iui-  
stiorum & puriorum facit. ad orationem te nocte surgente nō in-  
digesti cibi ructum faciat sed inanitas. Nam quidam vir inter  
pastores eximius sicut fumus inquit fugat apes. sic indigesta  
ructatio auertit & abiicit spiritus sancti charisma. ructus autē  
ppiie dicitur indigestio cibi & incoctarum escarum inuentum  
efflatio. Quomodo ergo iurta qualitatem ciborum de stoma-  
cho ructus erumpit. & vel boni vel mali odoris flatus inditū ē

ita interioris hominis cogitationes verba pferunt. rex abundanter cordis loquitur. Justus comedens replet anima sua cumque sacris doctrinis fuerit faciatus de bono cordis thesauro perfert ea que bona sunt. Cribrius lege et disce plurima et tenet codicem somnus obrepatur et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Et quis apostolus semper orare nos iubet. et sanctus etiam ipse somnus oratio sit tamen diuersas orandi horas debemus habere. ut si aliquo fuerimus opere detenti ipsum nos ad officium tempus admoneat. Nec quidem cibi ante sumant nisi orationem premissam nec recedatur a mensa nisi referantur gratie creatoris. Egradientes hospicium armet oratio et regredientibus occurrat oratio antequam sessio nec prius corpusculum requiescat quam anima pascatur ad omnem actum et omnem incensum manus pingat crucem. Dominicis diebus orationi races. et lectioni: quod quidem et omni tempore completis opusculis. facies quotidie aliquid de scripturis dicatur. prouidendum est etiam ut diem solemnem non tam ciborum habundantia quia spiritus exultatione deuotissime celebremus. Quia valde absurdum est numia saturitate martyrem honorare relle: quem sciatis deo inimici placuisse. Sacerdotes quoque per omnibus orare debent et solent. quorum elemosinas oblationesque recipiunt. Sepe in manibus tuis diuina sit lectio et crebre orationes et omnes cogitationum sagitte quibus adolescentia percuti solet huiuscmodi clipeo repellantur. quoniam difficile est immo impossibile perturbationum ritus carere quempiam. nam frequens lectio et quotidiana meditatio solet magis labor mentio esse quam carnis. Quomodo enim quod manu et corpore sit manus et corporis labore completur. ita quod ad lectionem pertinet magis mentis est labor. Littere namque marsupium non sequuntur. sudoris tamen comites sunt et laboris: socii ieuniorum et non saturitatis continentie non luxurie. Unde quidem Origenis discipulus dixit nunquam se cibum Origene presente sine lectione sumi possisse. nunquam euennisse somnum nisi unus e fratribus sacris litteris.

teris personaret. Edentes autem cucullis capita sua veleant: ne  
alter alterum aspiciat manducantez· nec loqui quicqz liceat dum  
manducant. Igit̄ quando comedenter cogita qz statim tibi oratione  
dum illico et legendum sit de scripturis sanctis babeto fr̄u ver  
sum numerum· illud pensum domino tuo redde. Nec ante qui  
et̄i membra concedas qz palatum pectoris tui hoc sub tegmine  
impleueris. Post sanctas scripturas doctorum hominum tracta  
tus lege eorum dumtaxat quorum fides nota est. Quoniam  
eruditio timorem creat: imperitia confidentiam. Sed tunc scri  
ptura proderit legenti si quod legerit opere compleatur. Illorū  
igit̄ tractatibus: illorum delecteris ingeniosis: in quorum li  
aſſumere formam celeſtis. Ex quo commortui viuimus. Ex eo  
virtutibus conſurrexiſmus in christo. Jurare ergo non diſcas:

mentiri sacrilegium putes. Admonēdi itaq; sunt omnes ut di-  
ligenter caueant periurium non solum in altari seu sanctorum  
reliquiis: sed etiam in communii loquela. Omne enim quod nō  
edificat audientes in periculum loquentium veritatur. Veritas  
quidem claudi & ligari potest: vinci non potest: que t suorum  
paucitate contenta est: t multitudine hostiū non terretur. Pos-  
sunt tamen homines q;uis iusti aliqua simulare p tempore ob-  
suam aliorumq; salutem. Consideremus ergo quid loquamur:  
quia pro omni resbo ocioso reddituri sumus rationem in die  
iudicii. Verbum quidem ociosum est: q; sine utilitate dicentis &  
audientis profertur. Stultiloquium autem estimo non illorum  
tancum qui aliquā turpia narrare utriscumque moventur: & factu-  
re simulata magie illudant illis quib; placere desiderant: sed  
etiam illorum qui sapientes seculi putantur: t de reb; phisicis  
disputantes dicunt se arenas litorum: guttas oceanī & celorum  
spacium terreq; punctum liquido comprehendisse.

**C**a. xti. de patientia & reconciliatio. *intra* fo-  
nē: ac mortuis non ligendis. *intra* q; eum  
v. **V**inciam nobis de patientia & eius bonis loquendum.  
Est. Est enim igitur patientia omnium iniuriarum &  
passionum tolerancia: & expectationum omnium sine  
contraria vite grauias baiulat: bona omnia cōtiner: soroem han-  
bet spem: & affilias eius sunt res bone. Omnes patitur enim li-  
benter: quia sperat & speranda tollerat: impatiēter enim fertur  
quod non speratur. Omni autem virtuti patientia p̄fertur qd  
speciente dinoſcitur aut specie fructus patientie subsequatur.  
Hec mātre gaudet fide & gubernaculū habet deum conscienti-  
am genus & opīnūtatem. Inde gloriōsi dei testes efficiuntur  
dum fide plenit: dum timore solliciti. dum continentie discipuli-  
num filii spē duce sapientia reperiunt. Deinde cōveredet spē.

Hunc illum: vsp ad mox e patientie virtutibus imitantur. Un  
datu passus in iuriam taceas iram vince patientia. sanctus n.  
amor impatiens non habet. Miserudo namque nulla passio  
ne turbatur: et specialiter ira et furore non rumpitur quam quod ha  
buerit beatitudinem consequetur idonius. voce promissam: et  
lexam possideat: id est: imperet et dominetur corpori suo. Nisi  
la enim rea ita inebriat ut atsumi turbat: id est tristitia que ducit  
ad mortem: et hec ab hominanda tristitia est. Est quoque ira que  
iusticiam dei non operatur et furore priuima mensis sue impotē  
facit in ratu: et labia tremant: dentes coquuntur: vultus quoque  
pallore inuenitur: animi vero leticia interdum dolores corporis  
vibrat: quod si ad ergo rationem corporis accedat: erit tudo animi  
duplicatus infirmitas. Dicit enim apostolus. Sol non occidat  
super iracundiam: vestram: Quid agemus in die iudi-  
cii super quorum ira non unius diei: sed tantorum annorum sol  
erit testis. Igicur mites ea se uincia manusque iracundia remie-  
tant sibi in uicem culpas suas: ne sit exactor vindicte qui petitor  
est venie. Grandis offensa est nocte placare offensionem: quodque affe-  
ctus et perturbationes quod diu in tabernaculo huius corporis ha-  
bitamus: et fragili carne circumdatur moderari et regere possu-  
mus amputare non possumus. Ideo psalmista dicit. In  
ni et nolite peccare: quia irasci hominis est: et sine ire ponere  
christiani. Unde quidam ait: iam te verberibus necassem nisi  
iratus essem. Inde enim iusti dicuntur dum omnia opera pati-  
enter operantur: multo quoque melius est stomachum te dole-  
re dignitatem: nec statim nobis penitentie sublidia blandiantur:  
que sunt infelictum remedias: evendum est vulnera quod doloris  
arrest. Quid enim boni habeat sanitas languor ostendit. Nam plus  
sensimus quod habuimus postquam habere deliriunt nec scire pos-  
sumus ergo rationem malorum nisi cum fuerit sanitatis subsecuta. Et  
quantum boni virtus habeat: vicia demonstrant clariusque fit lux  
men comparatione cenebrarum. Sed et consideremus quod ethnici  
epos ille psalmus sonet. Justus es domine et rectum iudicium tuum.

Unus deo non potest dicere nisi ille qui aduersa tpe partum man  
 gniificat dominum et suo merito importans in agnitione de eius  
 clementia gloriatur. Necesse est enim ut quis se credere dicit in  
 christum in omnibus christi iudicis gaudeat dicens. Sanus  
 sum gratias ago creatori: languageo et in hoc laudo domini voluntate.  
 Quando enim infirmor tunc fortior sum: et virtus spiritus  
 carnis infirmitate perficitur. Nam fortitudo corporis imbe  
 cillitas anime est: et virtus anime fortitudine imbecillitas corpo  
 ris est. Patitur enim apostolus aliquid quod non vult p quo  
 ter dominum depescatur. Sed dicitur ei sufficit tibi gratia mea  
 nam virtus in infirmitate perficitur. Cur ergo durum sit quod  
 quandoque patientium est. Doleamus autem quemque mortuum  
 ad hoc enim nati sumus ut maneamus eterni. Lugeatur  
 mortuus: sed ille quem gehenna suscipit quem tartarus deuo  
 rat in cuius pena eternius ignis estuus: nam mors nostra pecca  
 tur est. Nos vero quorum erit enim in geloum turbam coniunctur  
 quibus obulsa in christus occurrerit grauamur magis si diutius in  
 tabernaculo isto mortis habitemus. Ceterum nonne reveris ne  
 tibi suauato dicar: Irasceris quia frater tuus meus factus est  
 filius indignaris de iudicio meo et rebellibus lachrymis facis  
 iniuriam possidenti. Ebdum tibi negas: non ieuniorum studio  
 sed doloris. Adon amo fragilitatem istam ieunia ista aduersa  
 mi mel sunt. Nullam animam recipio que me dolente separat a  
 corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres habeat ze  
 nonem vel cathorum. Si viuentem crederes fratrem tuum plā  
 geres ad meliora migrasse. Nam sicut preter hanc vitam est vi  
 ta alia beatior ita preter hanc mortem est mors alta impiorum  
 Aduersum mortis ergo duriciem et crudelissimam necessitate  
 hoc solatio erigitur: quoniam breui visuri sumus eos quos doles  
 mus absentes. Nec enim mors sed dormitio et somnus appellatur.  
 Nos dolendi magis quam quotidianus sumus in prelio et peccatorum  
 vicis sordidamur et accipimus vulnera. Absit tamen a fide no  
 stra ut aliquam plagam dicam esse que non habeat consolatio

item cum ppheta p̄clathet: Aut quid medicus non est in Galia  
ad Deum enim permisit. tamen seculi fluctibus ventisq; facta  
rit et expertus naufragium de cetero similiter perdidit. quae  
res ira cūque passus es sicut intelligis vulnera corporis tui  
sic animē rehedia sunt. Brevis enim vite spaciū eterna mea  
mōrā compensabīt. cotidē autē comitū inter consilium  
soni siq; coobūtio maf. mādīt q; essent tūc vītū dūt  
vōg; o ecclīsī. **C**at. xxi de tribulationib; tē sūna ecclīsī  
cap q; alii no obprobriis p̄ferendis. tē mino turīs. tē fōeis  
comitū idū tūlūtūs unītū bī. tē mōrā q; hūmīnōb; tē  
bōtū tē Portet nos per multas tribulationes introire in regnū  
num celorum. Beati estis cū vos maledixerint homi-  
nes: t̄ persecuti fuerint t̄ dixerint omne malum aduersus vos. Gaudete ergo: t̄ etultate quia merces vestra copiosa ē  
in celis. Future vite gloria presentis vite incommodis cōparat.  
Precipue q; nō q; patit sed q; facit cōtumelīa miser est. Unde q;  
r̄pianis vexilla crucis sunt delitie trophea nre vite nō p̄pīs;  
sed miseriis reportantē i nra classe rīti sortes ob pbria sciūt pōz  
care nō munera. Hā r̄pi vincula voluntaria sunt. t̄ vertunt i am-  
plerū. Sigs autē corpe itibecillis est. si ad sit sapientia aduersari  
rit: i diabolī certamina vincit plemarime qm̄ liberi arbitrii su-  
mus: s̄ ipm̄ dei nutrit autillo. Qdq; pauprati nō nobilitati fu-  
turop; beatitudo p̄mittit. Retrabit qdē rerecūdia senatoe: nē  
sequat̄ pauperē r̄pm̄ s̄ audiat a xpo. Qui me cōfessus fuerit t̄  
mea verba i generatione hac adultera t̄ peccatrice t̄ fili? bois  
cōfitebit̄ eū i glia patris sui cū angelis sanctis. Turpe ē inter  
parētes senatoe p̄ r̄pō voluntaria būllitate se deīctū. Displacet  
amicis si post ambitiosi babit̄ cultū plebeia t̄ ignobilis indu-  
mēta mutent̄. Sed si hoib; placere tellē ait aplus. r̄pi seru? nō  
essem. Et ppheta in psalmo. Qm̄ de? dissipat ossa eoz q; homi-  
nib; placet cōfusi sunt quoniā deus spreuit eos: q̄tū bona est  
humana offensio: per quā inuenit̄ seruit̄ xpi. Tantum perni-  
ciosa est amicitia que dei prestat offensam: Sicut scriptum est.

Qui voluerit amicus fieri huius mundi: inimicus dei consti-  
tuetur. Dicat quisq; quod velit ego interim de me pro sensu  
mei paruitate iudicauit: melius esse confundi coram peccatoris  
bus super terram q; coram angelis sanctis in celo: vel vbiq; q;  
iudicium suum demonstrare dominus Unde Esaias. Vir sua  
gente nobilissimus qui sacer regis Ezechie fuisse referuntur. ius  
su dei deposito cilicio nudus incedit. nec ramen ardui podoie  
precepti territus est. quomiuus dei imperium sequeretur quia  
nihil honesti esse homini q; creatori suo parere iudicabat. Jo-  
hannes quoq; baptista nobilis et in carne et in spiritu natus: cu-  
litum a pueritia in habitum. et locutas elegit in cibum q; nec  
peccati conscientia. nec paupertatis inopia ad huius gloriam  
oneris sed sola futuri seculi beatitudine trahebat. Unde et apo-  
stoli. Stulti et inutiles et tenuis fidei arguuntur. Inde paulus  
apostolum pferam. quem quotiens lego videor inibi non veri-  
ba audire sed tonitrua qui oculo mentis futura contemplans  
dicebat. Quis nos seperabit a charitate christi? tribulatio an  
angustia. an persecutio. an famae. an iuditias. an periculorum. an  
gladius. Illos pericula non seperant. nos vero voluptates. Il-  
li coquinas balulant innocentes: nos aurum circumferimus cri-  
minosi. Illi in carceribus ricti. nos in tricliniis delicatis. Illi  
in neruo positi deum puro corde et sincera cogitatione lauden-  
tes. nos in ipsa forti ecclesia de forensibus calumniis cogitamus  
et cum omnibus equaliter legis gratia data gebenna seu regna  
promissa sunt. alii de virtutis alii de virtutibus meditantur. Cuq;  
dictum sit generaliter omnibus. Dominum deum tuum adora-  
bis. et illi soli seruies. aliis innocentia. misericordia. castitate. ie-  
mocio deo fideliter et sine fine seruientibus. Nos nobis adulter-  
os eligimus quibus seruire volumus. Siquidem iurta euage-  
lii sententiam. Omnis qui facit peccatum: seruus est peccati. re-  
vera si amator pecunie suu scilicet glorie. si superbie. si ambitio-  
nis aut pompe. dum illi omne studium mee voluptatis impensi-  
do. domino seruire non possum: quia duobus dominis nemine.

posse seruire scriptum est. Non estis vestri dicit apostolus. Em  
pti enim estis precio magno glorificate et portate deum in corpo  
re vestro. Clementer spiritus sanctus nostro iure nos conue  
nit. sciens hoc in vsu publico apud omnes homines custodiri:  
ut tanto seruus in opere domini esset cautor quanto maiori  
esset pericilio comparatus. Ut intelligamus quod strenui esse de  
beant in opere domini. qui redempti sunt sanguine christi. rel  
iqui criminosi debeant iudicari qui cum sciant pro precio sue salu  
tis christi sanguinem datum alteri qui nihil prestitit magis per  
beant seruitute. Rogo quo pudore obsequii aut laboris sui mer  
cedem sperebit a celo cuius fuerit sollicitudo omnis in terra. Mer  
cennarius seculi non potest accipere mercedem christi. Omnis  
miles in castris sperat annona qui fortiter in prelio pro ciuib  
laborauerit. Dignus est quidem mercennarius mercede sua. ne  
mo tamen militans deo implicabit se negotiis secularibus ut  
placeat ei cui se probauit. Apostoli vox est. Amplectenda est igi  
tur tristitia que gaudia parit. nec eius consideranda materia;  
quia sepe per dulcedinem fructus placet. quod amarum horruit in  
radice. Et qui litteras scientias habere desiderat si descendit non  
suscepit tedia. peritie gaudia adipisci non poterit. Nec cuiusque  
eruditioris quisquam habere sufficiet gloriā nisi estus fuerit ani  
te percessus. Cumque nos dei auxilio destitutos hostis invaserit.  
dixeritque captivos non desperemus salutem sed iterum arme  
mur ad prelium. Potest fieri ut vincamus ubi victi sumus. et in  
eodem loco triumphemus. ubi suimus aliquando captivi. Nam  
si iuuat dominus miseris habemus salutem. si despicit peccato  
res habemus se pulchrum. Multo gravior exspectata quam illata  
mora est. ad hoc enim laboremus et in seculi huius periclitemur  
militia ut in futuro seculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus  
credere dum dominus ipse temptatus sit. et de abraam scriptura testet:  
quod deus temptauerit est. Quam ob causam et aplius loquitur. Gauden  
tes in tribulatione et scientes quod tribulatio patientiam operatur  
patientia probationem. probatio spei. spes autem non consum

ditur. Scriptū est etiam quia propter te mortificamur tota die.  
et estimati sumus ut oves occisionis. Sed magna miserie conso-  
lacio est quando in tormentis quis positus sit prospera secu-  
cirus.

**C**a. xxiiij. de timore ultimi iu-

dicii et statu huius vite.

Ade satis timeo ne forte in retributionis die qua ani-  
te tribunal christi vnicuique secundum sua facta reddenduz  
est. His qui in terrenis magis negotiis quam in celestibz  
laborarunt. iusti iudicij responsione dicatur. Ite si potestis. et il-  
lic rbi tota deuotione seruinitis mercedem erigit. Talis can-  
sa est virginum de euangelio quinque stularum que dum solici-  
tudine secularium vanitatum se contra professionis sue ordinē  
occuparunt oleum unde verum lumen accenderent non haben-  
tes in tenebris remanerunt. Ecce enim si vibrato repente ce-  
lo solis claritas nostris aspectibus denegetur. et producte in no-  
stram humilitatem pluvie terris imminet si cominitis re as-  
solent elementis ut in rotam sui currus tonitra concitentur. et  
debet... vulgurum iacula palpebris terribiliter obiecta coruscant  
quamquā et de consuetudine ista contingunt pavemus contre-  
missimus et poni ad terram deposita superbia cervices submit-  
timus. Quid faciem? in illa die miseri: quoniam reuoluto celo cum ani-  
gelicis virtutibz igne dñs tot adueniet. quoniam cadetibus stellis  
desup sol in tenebras et in sanguinem luna mutabit. quoniam mortes sicut  
cera liquecet. quoniam terra ardebit et arescet fluminia et maria sicca-  
buntur contra regnū naturā in sumpto diuinitus honore. arriditatē  
in aquis lignis comparabuntur. quoniam peccatores dicent montibus cadere  
super nos. et collibus regite nos. quando vocabunt homines  
mortem et vocata non veniet. quando discrimina vertentur in  
vota. et semper oderunt homines concupiscent. quando illud  
implebitur tempus: quod lugubri Hieremias dicit affec-  
tu dicens: Respxi in terram. et ecce non erant luminaria.

ridi montes et ecce erant trementes. et rniuersos colles turbatos intendi aerem et ecce non erat homo. et omnes volucres celi pauebant ridi et ecce camelus desertus et omnes ciuitates successe igni a facie domini et a facie ire indignationis eius et interierunt rniuersa. Verum ne ex suggestione diaboli bec ad terrorē non ad reritatē dicta credantur. de preteritis futura probantur. quando talia in diluvio. in sodomis. in egypto. in hierosolymis sepe ob delicta hominum facta referantur. Sed veniet illa dies qua corruptiūm hoc et mortale incorruptionem induet et immortalitatem. Tunc ad rocem tubē pauebit terra cum populis. et tu gaudebis iudicaturo domino lugubre mundus iniunigies. Tribus ad tribus ferient pecto: a. Potentissimi quondam reges nudo pectore palpitabant. Erubebit tunc cum sua prole ignitus iupiter adducetur: et cum suis stultus plato discipulis Aristotelis argumenta non pderunt. Tunc rusticanus et pauper erubebit et dices: Ecce crucifixus deus meus. Ecce iudex qui inuolutus pannis in presepio rugiit. Hic est ille operarii et questuarii filii. hic qui matris gestat? inu homo deus fugit in egyptum. hic vestitus est coccino. hic qui sentibus coronatus. Cerne manus iudee quas fixeras. Cerne latas romanas. foderas. Videte corp? an idem sit quod dicebatis clavis nocte tulisse discipulos. O quot virgines. et quanta infamata pudicitia coronabitur. O quantis in illa die expeditset si membra seni su et viscerū vigore in hac vita caruissent. et quanti illuc elinguens et multi feliciores loquacibus erunt. Et quanti pastores philosophi quanti rustici oratoribus. Et quanti eberes argutis preserendi sunt Ciceronis. Ibi enim cum ante tribunal christi venerantur. scimus nec Job. nec Danielem. nec Noe rogare posse pro quoquam. sed unumquemque portare omnium suum. Igitur siue leges siue vigilabilis Amos tibi semper buccina in auribus sonet. Et apostoli. Qui hunc horrendum diem impensis et peccatoribus preuidere meruerunt humiles erant mortuos suscitantes: et nos super omnes erigimur qui peccando quotidie nosmetipsoſ occi-

concitam ferat. Nihil hoc monili preciosius. nihil hac gemmaz  
 varicatae distincti. Et omni parte decoraris. et ornamenta sunt  
 tibi et tutamini. Philosophorum sententia est sibi herere virtus  
 tes. Et apostoli Jacobi cui rna defuerit omnes deesse. et sicut q̄  
 tuo sunt virtutes quibus pugnam? et regimur sic quatuor sunt  
 virtus quibus ab hoste percutimur. Stulticia. iniquitas. luxuria  
 formide. sed malitia finem non habet. Cognate sunt quoq; sibi  
 virtutes. rectitudo et simplicitas. nec ab inuicem separari queunt  
 similes et humilis et rusticus qui archana sapientie comprehen-  
 dere nequit. Si tamen sapientum exempla in viuendo sectetur.  
 iure inter sapientes connumerabitur. Melius est enim parua  
 bona cum charitate facere sine scientia q̄ magnis effulgere vir-  
 turibus cum admitione discordie. Excelsa namq; periculosius  
 stant et citius corruunt que sublimia sunt. Sed perspicuum est  
 omnem creaturam q̄ quis ad perfectionem reverit tamen indis-  
 gere misericordia dei et plenam perfectionem ex gratia dei non  
 ex merito possidere. Nihil sic placet deo sicut simplicitas et inno-  
 centia. Unde spiritus sanctus in volatilibus non apparuit nisi  
 in columba propter simplicitatem et quadrupedibus in due pro-  
 pria mansuetudinem. Illud quoq; tibi vitandum est cauti? ne  
 rane glorie ardore capiaris. Cu facis elemosynā de? solus ride  
 at. Cu ieunias leta sit facies tua. nec ad te obuiis pretereuntium  
 turba cōsistat ut digo mōstreris nec satis religiosus velis ri-  
 deri. et ne plus humili q̄ necessē ē nec gloriam fugēdo queras plu-  
 res enī paupertatis misericordie et ieunii arbitros declinantes et  
 hoc ipso placere cupiūt q̄o placere cōtēnūt. Et miq; īmodū laus  
 dū ritat appetit. Ceteris perturbationibus quibus mens ho-  
 minis gaudet et egredit: sperat et metuit: plures inuenio extra-  
 nos hoc ritio admodum pauci sunt qui cauerint. Igitur non  
 queras gloriam: Sed cum fueris ingloriosus non dolebis.  
 Qui enim verba increparitis humiliter recipit. iam propinquā  
 reniam habet reatus quem gessit. Grauis enim est perficere  
 malū q̄ facere. Non est tamen cante virtutis ab aliis factā iniu-

riam sustinere quante gratie domini est placidū mitem ac trā,  
quillum inluriam facere non posse. Neq; vero te moneo ne de  
deuiciis gloriaris: ne de generis nobilitate te iactes: nec te cete  
ris preferas. Scio humilitatem tuam. Scio te et affectu dicere.  
Domine non est exaltatum cor meum: nec elati sunt oculi mei  
Stultissimum quippe est docere quod nouerit ille quem doce  
as. Vix ex industria quasi confecta ieuniis tenuis nō sit et de  
ficiens. Sunt quippe nonnulli exterminantes facies suas ut ap  
pareant hominibus ieunantes. qui statim ut aliquaez riderint  
ingemiscunt. dimittunt supercilium et operata facie vir vnum  
supercilium liberant ad ridendum vestis pulla. cingulum fac  
ceum. et sordidis manibus pedibusq; reter solus. quia videri nō  
potest estuat cibo. his quotidie psalmus ille decantatur. Deus  
dissipat olla omnium sibi placentium. Tristitiam simulat et q;st  
longa ieunia furtiuis noctium cibis protrahunt. Pudet reliq;  
dicere ne videar innehi potius q; monere. Omnia hec arguine  
ta sunt diaboli. Imitari igitur eum potius cuius pallor et ieui  
niis. elemosyne in pauperes. obsequium in seruos dei. humili  
tas cordis et vestiu. ac in cūctis sermo moderat?. Trade quoq;  
te illi cuius sermo habitus et incessus doctrina virtutū es. nō  
coturnatai affectes eloquētiā nec more puerorū argutas sen  
tentolas in clausulis strues. Nec preteriens tetigī ut eruditis  
contentus auribus nō magnopere cures quid īperitorū de in  
genio tuo rumuscūlī iactitent. Sed prophetarū quotidie medul  
las bibas. Quod et si patriciū generis inter monachos esse cepi  
sti. non sit tibi tumoris sed humiliatis occasio: ut imiteris fili  
um hominis qui non venit ministrari sed ministrare. nā quan  
to humilior tāto sublimior es lucet margarita in sordib?. Quā  
tumcūq; enim te deieceris humilior christo non eris. Ideo q;g  
mibi multorum sim conscius peccatorum et quotidie in oratio  
nibus steris genibus loquar delicta iuuentutis mee ne memi  
neris. Tamen sciens dictum ab apostolo: ne inflatus superbia  
incidat in iudicium diaboli. Et alio loco scriptum est. superbis

deus resistit humilibus autem dat gratiam. Nihil ita a pueris  
 tia vitare conatus sum quod tumentem animum et erectam cervi-  
 cem dei contra se odia prouocantez. Novi enim magistrum do-  
 minum et deum meuz in carnis humiliitate dirisse. Discite a me  
 quia mitis sum et humiliis corde: Et ante per cantricu[m] David  
 cecinisse. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis ei?  
 Et in alio loco legimus. Ante gloriam humiliabitur cor viri: et  
 ante ruinam eleuat: Nihil enim ut crebro diximus tam pericu-  
 losum est quod glorie cupiditas et iactantia. et tumens animus con-  
 scia virtutum. Iccirco plus est animum deposuisse quod cultum.  
 Difficilius est arrogancia quod auro carem[us] et gemmis. Nihil itaque  
 prodest vile palliolum. fusca tunica: corporis illuuius: simulata  
 paupertas si nominis dignitatem operibus destruas si inter sor-  
 des et inopias peccata non caueas. Fidele namque testimonium est si  
 non habet causas mentiendi. Qui enim plus credit plus ab eo  
 erigitur. Potentes potenter tormenta patientur. nec sibi quisque  
 de corporis tantummodo castitate supplaudat. cum etiam conui-  
 cium in fratrem homicidii sit reatus. Cadit quidem mundus et  
 cervix erecta non flectitur. Pereunt divitie et nequaquam cessat au-  
 ricula. Congregare quam multi festinant: que rursus ab aliis occur-  
 pentur.

**Ca. xxv. de humilitate christi**  
**que sequi et imitari debemus.**

Christus baptizatur a seruo et a deo filius appellatur.  
 inter publicanos meretrices et peccatores ad lauacrum  
 renit. et sanctior est baptista suo qui de celo venit in vte-  
 rum: de vetero in pesepe: de pesepe in crucem: de cruce in sepul-  
 chrum: de sepulchro ad inferos: de inferis victor remeauit ad ce-  
 los. Imitemur ergo saluatoriem nostrum quia ipse mitis et hu-  
 milis pastor agnus et aries appellatur: qui pro nobis imolatus est  
 qui ab Isaac cornibus tenetur in sentibus. ex quo nil hac humi-

litate sublimius: qui bethleem in hoc paruo foramine celorum con-  
dit: natus est. Hic inuolutus pannis. Hic visus a pastoribus  
Hic monstratus a stella. Hic adoratus a magis. In baptismo  
christi humilitas nostra est sublimitas. Illius crux nostra vic-  
toria. illius patibulum noster triumphus est. Cum igitur laua-  
thrum et crucis signum in frontibus demon inspererit contre-  
miserit. Qui aurea capitolia non timent crucem timent. Qui co-  
temnunt sceptra regalia et dapes christianorum et purpuras ce-  
sarum sordes tamen et ieiunia pertimescunt: iubet enim christus  
ne quis discipulorum dicat quod ipse est christus. Mira ratio non  
vult predicari: qui gaudet intelligi agnoscit amat et odit ostensi-  
di. magis vult se inuentum esse quam perditum. ut virtus sua illam  
non fatur manifestaret alienus. Que autem maior potest esse  
clementia quam et filius dei: hominis filius nasceretur. Dece-  
sum fastidia sustineret. partus erpectaret aduentum. inuolueret  
pannis: subiiceretur parentibus per singulas adoleret etas  
et post contumelias vocum alapas et flagella crucis quoque  
pro nobis fieret maledictum: ut nos a maledicto legis absoluere  
patri factus obediens usque ad mortem. ut illud opere comple-  
ret quod ante ex persona mediatoris fuerat deprecatus dicitur:  
pater volo ut quomodo ego et tu unum sumus. Ita et isti nobis  
cum unum sint. Ergo quia ad hoc venerat ut quod erat impossibile  
legi: quia nemo in ea iustificabitur. ineffabili misericordia  
vinceret publica nos et peccatores ad penitentiam prouoca-  
bat. Unde nouum et mirabile est apud nos Deus solus petere  
se amat. solus irascitur nisi petatur. Illo enim tempore quo sup-  
plicia merebamur deus argumentum salvationis ostendit. ut  
intelligere possemus quantum valeret prestare non Iesus qui tan-  
tum donaret iratus. Amemus et nos christum et eius semper que-  
ramus amplexus et facile videbitur esse omne difficile. Breuia  
putabimus vniuersa que longa sunt. Quodque beata dei genitrix  
a filio suo non didicit celos fabricare: angelos creare mira-  
deitatis insignia operari: sed tantum humiliari. ceterarumque

virtutum documenta inter humilitatis custodiā congregare.

**Ca. xxvi. de iusticia seu vite  
rectitudine.**

Ed iam de iusticia differamus. que est singularum rerum et personarum equissima distributio quam quod obtinens et cui adherens vita suā disposite et sine cōturbatione conseruat. Custodit in omnibus egatē scit quod deo debeat quod sanctis et quod equalibus reddat. quod non denegat potestatibus huius seculi. quod sibi retineat. quod primo cōpetat: quod alienis concedat aut congruit. Justū est enim deū colere et diligere ex toto corde et ex tota anima et ex tota virtute. Sanctos et coequales honorare: tributa impendere potestatibus superbū non esse sed magis mitē et humiliē. primos tanq; se diligere: alienos et inimicos non persequi odio sed amare. Subiectum esse prioribus vel etate maioribus qua et dñs cū esset omniū dñs a Johanne q; maior est in natis mulierē: qua prior illo in nativitate hominū erat baptizat. Et sic adimpleri omnē iusticiā p̄festa ē. Ex hac misericordia nascitur obsequium deificum generatur. in his omnibus quisq; inuenitur: non in merito in christo dicitur permanere: quoniam hec omnia ipse christus est. paulus nos gloriolus informat et instruit de christo dicēns. Qui est nobis a deo iustitia et sanctificatio et redemptio. Item alio loco qui est misericordia pax et dilectio quam greci agapem vocant. Iniquus enim si se queratur iusticiam negat iniquitatem. Stultus si confiteatur dei sapientiam: negat stulticiam quodq; sapientia. fortitudo. temperantia et castitas solum prodest habentibus. Iusticia vero etiam aliis: etiam misericordia prodest. que patrem vel matrem non nouit: sed nouit veritatem. personam non accipit: sed imitantur deum. Discite ergo benefacere. virtus enim discenda est. nec nature tantum bonum sufficit ad iusticiam: nisi quis eruditur congruis disciplinis. Discenda est ergo iusticia et mar-

gistrorum sapientie terenda sunt limina. Secularis autem ius-  
der acceptis muneribus condemnat insontem et reum liberat.  
Quod interdum de ecclesie principib[us] dici potest. q[uia] ppter mu-  
nera lacerent legem et non perducant iudicium ad finem.

¶ Ca. xxvii. de fide spe et timore.

I autem fides ut inquit apostolus paulus. Est sub-  
stantia sperandarum rerum quas speram[us] et index re-  
rum quas non videmus. Credere et videre quis debet  
q[uia] deus ea que promisit potens est et adimplere. et spem suam in  
futurum transferre. et tunc fide plena poterit ad ea que pmissa  
sunt facillime peruenire. hec nobis inuisibilia ante oculos poi-  
nit. Ad hanc ingressi et diaboli et potestatum huius mundi et ha-  
rum tenebrarum rniuersa deserimus. deo cum fiducia proxima-  
mus. Credere enim et sperare necesse est que deus iussit. cumq[ue]  
diabolus surgeret abnegamus. Fidem spes sequitur. itaq[ue] de ip-  
sa loquamur. Est igitur spes expectatio rerum omnium futura-  
rum qua saluamur. paulo scribente apostolo. Spe enim salu-  
ti sumus. Spes autem que rideatur non est spes. Quis autem spei-  
rat quod rideat si autem quod non videmus speramus per pa-  
tientiam expectamus. Nec in se habet timorem non illum dico  
cuius obliuisci. et quem fors[us] debet mittere quisquis in fide ri-  
dit. Sed qui rnuis est de spiritibus quibus repletur Iesus: sicut  
Elaias testatur. Erat virga de radice ieſſe et flos de radice ei[us]  
ascendet et requiescat super eum spiritus sapientie et intellectus  
spiritus consilii et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: et re-  
plebit eum spiritus timoris domini. illum spiritum quem Da-  
vid canit dicens: Timete dominum iusti eius: unde et beati es-  
ticiuntur. Eodem pteſtante et dicente. Beatus vir qui timet do-  
minum. Illum dicit timorem qui castus est et pudicus. Quoniam  
timor domini castus (Inquit David) permanet in seculuz  
seculi. Ergo duplex est timor. rnuis appetitus et alijs fugiens

dus. Est igit̄ timor appetendus a monitio et custodia rerū omnium quas credimus aut speramus. Timeamus enim iudicium; quia speramus et metuimus dominum quia sicut est illum iudicemus credimus. Vere namq̄ vita est deum nosse timere eius potentiam, amare pietatem. Timor namq̄ virtutū est custos. Securitas ad lapsum facilis: si paucorem habueris sollicitus eris. Leo in causas ouium tuarum intrare non poterit quod ad prepositos ecclesiasticorum vel ad anime custodiā pertinet. Qui cautus est et timidus potest ad tempus vitare peccata. Qui securus de iusticia repugnat deo illiusq; auxilio destitutus insidiis hostium patet. Nunq̄ tuta est humana fragilitas. et quanto virtutib; crescimus: tantomagis timere debemus: ne de sublimibus corruamus. Si iurta ecclesiasten radix sapientie est timere deum. Bonum autem dividit qui non inuitus aut necessitate aut legum metu facit bonum. sed siccirco quia bonum est et ut mercedem boni operis habeat.

### ¶ Ca. xxviii. de charitate et pace.

¶ chari atem nunc transeamus: quia omnib; maior est. Ut dicit paulus. Deus cum dilexisset mundū. misit unicum filium suum in similitudinem carnis peccati: ut de peccato cōdemnaret peccatum in carne. Qui preponit eam nobis rebus omnibus dicens. Et si locutus fuero linguis hominum et angelorum charitatem autem non habeam. factus sum sicut erementum tinniens aut cimbalum concrepans. Et si habuero prophetiam et cognouero omnia mysteria et omnem scienciam. et si habuero fidem ita et montes transferam. Et si distri- buero omnia mea in cibos pauperum: et si tradidero corpus meum ita ut ardeam. charitatem autem non habeam nihil sum. Charitas magnanima est. charitas benigna est. charitas non emulatur. non inflatur. non agit perperam. non irritatur. non confundit. non querit que sua sunt. non cogitat malum. non gau-

det super iniusticia. gaudet autem veritati. omnia sustinet. oia  
credidit. oia sperat. Charitas nunq̄ excedit nihil enī amantibus  
dutū est. nullus est difficile cupientibus labor. Solus autez ille  
amor pbabilis est qui deo & virtutibus anime coaptat. Nihil ē  
enim qđ non tolleret qui perfecte diligit. qui autem clementiā  
non habet. nec induitus est viscera misericordie & lacrymarum  
q̄z quis spūalis sit non adimpleuit legē xp̄i. Unde legiē q̄ beat⁹  
Johannes euangelista cum ep̄b̄si sener vir inter discipulorum  
manus deserretur nihil aliud per singulas solebat p̄ferre colle  
ctas nisi filioli mei diligite alterutrum. Discipulus autem petē  
tibus quare semper id diceret. respondit. quia preceptum dñi ē  
& si fiat solum sufficit. Sed obsecro te ne amicū qui diu querit  
vir inuenitur difficile seruatur pariter eum oculis mens amit  
rat. Nā amicitia que desinere pot̄ nunq̄ vera fuit. Vera nāq̄  
amicitia nullo liuore sociata in quanto auget numero tāto cre  
scit & robore. Declina igitur a malo & fac bonum inquire pacem  
& persequere eam nisi oderimus malum bonum amare non pos  
sumus. quin potius faciendum est bonum ut declinemus a ma  
lo. Pax querenda est ut fugiamus bella. nec sufficit eam quer  
re nisi inuentam fugientemq̄ omni studio persequamur que  
exuperat oēm sensū in q̄ habitatio dei est. dicēte ppheta. Et fa  
ctus est in pace loc⁹ ei⁹. infern⁹ itaq; inter fratres diuidit. q̄cqd  
ergo separat fratres infernus est dicēdus. Concordia enī parue  
res crescunt. sic & discordia matime delabunt. pulchre igit̄ pse  
cutio pacis dicēt. iuxta illud apl̄i. Hospitalitatem psequētes ut  
nō leui citoq; sermone & ut ita loquar summis labiis hospites i  
uitemus. sed toto mentis ardore teneamus quasi auferētes se  
cum de lucro nostro atq; compendio.

**Ca. xxix. De infirmis & pauperi  
bus receptandis.**

I q̄s ceperit egrotare trāfferat ad exedrā latiorē & rā  
to senū ministerio cōsoueatut ut nec delitias yrbiū

nec matris querat affectū. nec liceat dicere cuiq; tunicā r sagū  
 tertag; iuncis strata non habeo. Itaq; iconom? rniuersa mo-  
 deret ut nemo qd postulet nemo taceat. Seruias fratrib? ho-  
 spiciū laua pedes pauperib? r fratrib? refrigeria sumptuū ma-  
 nu ppia distribue. qm qcgd habet clerici paupeq; ē. r dom? eo  
 rum oib? debet esse cōes. Susceptioni enī peregrinor? r hospici  
 um inuigilare debent. Docet Salomon misericordie operib? in-  
 sistendū nō nostris fidēdū virib?. sed a deo esse auxiliū flagitā  
 dū. Sed esto q; equeris pauperibus inopum cellulas dignan-  
 ter introeas manus debilium sis. aquā portes. ligna concidas.  
 focū extruas. Sed vbi vincula. vbi alape. vbi sputa. vbi patibū  
 la. vbi mors. Cuiq; hec oīa que dixi feceris ab Eustochio Pau-  
 log; vinceris. Hec dico nō quo de ardore tue mētis dubitē. sed  
 quo currentē impellā. r acriter dimicanti feruore augeam.

**C**a. xxx. de patientia hominis  
 r misericordia dei.

Ripe ergo queso occasiōē r fac de necessitate virtutē  
 Hō querūt i xpianis initia s; finis. paul? male cepit  
 sed bene finiuit. Inde laudant initia s; finis pditiōē  
 dānaē. r liez de? nō vult mortem peccatoris s; vt cōuertāē r vi-  
 uat. tñ tepidos odit r cito ei nauſeā faciūt. Cuiq; plus dimittē  
 plus diligit. Qn meretr̄ illa xp̄i dilectr̄ in euāgelio baptiza-  
 ta lachrymis suis r crine quo multos aū decepat pedes dñi ter-  
 gens salutata ē. Hō qdē habuit crispātes mitras. nec stridētes  
 calciolos. nec orbes stibio fulcinatos. Nā qzto fedior. rāto pul-  
 chrior. Que demū plorat ad crucē vngēta parat: querit i tumu-  
 lo. ortulanū i terrogat. dñm recognoscit: pergit ad aplos reptū  
 nūciat. illi dubitat. ista cōfidit. Hō. n. tā paccati crimen arguit  
 qz velox cōuersio i pruitētie celeritate landat: nec de? cogere  
 penitere si nō esset penitentib? veniā cōcessur?. Nihil. n. plus  
 repugnat deo qz cor impenitens. Hoc solum crimen est quod:

veniam consequi non potest. precipue quia non est iniustus de  
us ut propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum. immo  
de nullo sic irascitur deo quod si peccator superbiat: et eructus ac ri-  
gidus non inflectatur in fletu. nec misericordiam postulet pro  
delicto. Aribilque sic offendit deum sicut erecta curvit post pecca-  
ta et desperatione contemptus. unde et vos non desperetis ve-  
niam scelerum magnitudine. quia magna peccata magna delebit  
misericordia. nam dous non ruit inferre supplicia sed terrere pas-  
furos. ipseque ad penitentiam prouocat ne faciat quod cominatur  
est. demonum autem nullus est qui parcat omnes ad predam  
festini venient. ante faciem ipsorum ventus vrens. et quod vulnus  
ipsorum obuium fuerit et rere desiderabut et perdere. Sed nec quisque  
per patientiam bonitatis dei de peccatorum suorum impunitate con-  
tendat. nec ideo istum estimet non offensum. quia necdum est  
expertus iratum immo magna est ira quoniam peccantibus non ira-  
scitur deus. Unde in Ezechiele ad Hierusalē. Jam nondū ira/  
scar tibi zelus tuus recessit a me. Sed reuera deus hominibus non  
irascitur sed virtutis que cum in homine non fuerint nequaquam pu-  
nit. Habet autem et ira dei mensuras quantum et quanto tem-  
pore: et ob quas causas et quibus inferatur. Juxta illud quod scripsit  
Cibabis nos pane lacrymarum in mensura. Misericordiam igitur a deo consequitur qui se punit esse miser. Nam  
deus qui nullis viribus superari potest. publicani tamen precibus  
vincitur. Quanto ergo tempore te errasse nosti quanto tempore  
deliquisti tanto tempore humilia te ipsum deo et satissimamente ei in  
confessione penitentie. Quoniam quod peccati est aliqua sorde maculatur  
de ecclesia christi non potest appellari nec christo subiectus dici. Igitur  
qui errauimus iuuenes emendemur senes. iungamus gemitus  
et lacrymas. copulemus culpas simpliciter confitendo. Nam qui  
post lapsum peccatorum ad veram penitentiam se conuerterint certe  
a misericordie iudice veniam impetrabunt. quoniam apud deum non est  
valet mensura temporis quam doloris. nec abstinentia tantum  
ciborum quantum mortificatio viciorum. Sed et magnum

peccatum magnis diuturnisq; cruciatibus luitur. culpaq; leuis  
presenti suppicio compensata sit. Et sic magnum peccatum ma-  
gna indiger misericordia. Conclusit enim deus omnia sub pec-  
cato ut omnibus misereatur. Sed frustra voce assumitur peni-  
tentia si permanent opera; sed ne diutius pertrahā babeto pau-  
ca pro pluribus in quibus non tam ordo queritur q̄ pfectus.  
Age ergo tu caue festina age ut in hac spiritualitate pficias ca-  
ue ne quod accepisti bonum incautus et negligens custos amic-  
tas. Curre ut nō negligas. festina ut celerius cōprebendas. Hā  
cepisse multoq; est ad culmen peruenisse paucor. Tribuat tibi  
christus ut audias et taceas ut intelligas. et sic loquaris.

**T**Sequit̄ Ca. xxi. et ultimum sine  
titulo quo concludit regulam.

**T**quoniam ita se natura habet ut amara sit veritas et  
blanda vitia estimetur. ut paulus ait apostolus. In i-  
micus robis factus sum verum dicens. Unde et quia  
vatoris dura videbantur eloquia. plurimi discipulorū retror-  
sum abierunt. Non est mirum si et nos ipsi vitiis detrabentes os-  
fendimus plurimos. Disposui tamen nasum secare. setentein ti-  
meat qui strumosus est. Quid tamen ad te qui te intelligis in-  
nocentem nemo reprehendat q̄ aliquos aut laudamus aut cari-  
pimus. cum et in arguēndis malis sit co:reptio ceterorū. Et ī op-  
timis predicandis boni ad virtutum studia concitent̄. Nos. n.  
ut scitis hebreorū lectione detentī. in latina lingua rubiginem  
obdurim̄s instantum ut loquentibus quoq; nobis stridor qui-  
dam non latinus interst repar. Unde ignoscite ariditati. et si im-  
peritus sum sermone inquit apostolus. sed nō sciā illi vtrūq;  
non deerat: et vnum humiliiter renuebat. Nobis virumq; deest  
quia quod puri plausibile habueramus amissimus. nec scientiā  
quām volehamus consecuti sumus. iuxta esopianam fabulam.

hunc utrā sermones mei quoscumq; loquar. Ea ppter mo-  
ne & flens gementis cōtestor: vt dum huius mundi vitā currī-  
mus non duabus tunicis i: duplice vestiamus fide: non calcia-  
mentor pedibus mortuis videlicet operibus pregrauemur. nō  
dūcītarū onera ad terrā premant. Non virge i: potentie secu-  
laris querat auxiliū non pariter & christum velim? habere & sei-  
culum. Sed p breuibus & caducis eternia succedant. Sed & pres-  
cor vos qui fideles estis vt ita vitam vestram & conuersationē  
scrutis ne in aliquo vel ipsi scandalū patiamini vel aliis scan-  
dalū faciat sed sit robis summi studii summeq; cautele ne q̄s  
in hanc sancto cōgregationē pollutus introeat ne quisquis  
iebusens habitet in robis. Dñs Jesus contrectat satanā sub  
pedibus vestris & in columnes vos & plixa etate florentes xp̄us  
deus noster tueatur omnipotens. Sed & sp̄us sanct⁹ nobis pre-  
stare dignet: vt in hoc seculo factores mandator⁹ suor⁹ effecti i  
huius vite agone pbat⁹ & fideles inuenti: sp̄ualibus fructibus  
ditati bis continentibus mereamur adiungi. Ipsi gloria & im-  
perium cum eterno patre & eodem spiritu sancto in cuncta secu-  
la seculorum. Amen.

**C**finit Aureola sancti Hieronymi feliciter.

**C**Registrum huius libri.

**C**Primum vacat.

**I**ncipiunt.

**C**Possibile.

**I**ates sua.

**C**Uagatur.

**D**oleamus.

**C**Ita interioris.

**I**lle fuerat.

**C**Honora.


**H**onorat.


**C**Eidimus.


**D**eus resistit.



In  
1301







B. N. 200  
Wall. -

